



1. De odio Variationis. P. P. Muller. R. J. B. Redel.
2. De Spurio. A. S. Rolfmann.
3. De Principe legibus soluto. P. G. A. Struv. R. J. J. Hertel.
4. De Patrio. P. A. C. Romer. R. P. J. Gallorab Gallorab.
5. De mormuratione praescriptionem impediante.
P. J. F. Schneider. R. L. C. Luedecke.
6. De militia lecta provinciali. P. J. S. Stryck. R. C. Cab Otter.
7. De investigandis contractibus et actionibus ex
Contractibus, re, verbis, vel litteris initis.
P. S. Stryck. R. H. Acglu thg.
8. De Crimine gratiae. P. J. F. Schneider. R. J. G. Luedecke.
9. De Testimonio Principis. P. Idem. R. A. F. Bode.
10. De Unitate Patris et filii. P. Samuel van Laker.
11. De usu practico doctrinae difficillimae. Juris Rom.
de culparum praestatione. P. C. Thomafig. R. C. G. Dtsf.
12. Paradoxon pro iure retractandi transactionem, novis
instrumentis repertis ad l. 35. ff. de re iud. et l. 19. §. 1.
C. de Transact. P. J. P. Ludwig. R. B. B. Hoelder.
13. De vinculo matrimonii, ob legem astringentis turpi vel
honesto. P. A. Goetfche. R. J. C. Schönberg.
14. De Coelibatu poenae nomine imposito. P. J. F. Ludovici.
R. S. P. Gaefer.
15. De Propinquorum in sponsalibus consensu necessario
P. H. C. Gerdesig. R. J. C. Gruel.
16. De Statu Imperii Rom. P. J. V. Bechmann. R. J. G. Klein.
17. De iure ceremoniali circa Legatos. P. J. Brunemann.
R. S. P. Gaefer.
18. De Restitutione in integrum ob metum. P. G. L. Mencke.
R. J. F. Hoockner.
19. De litis contestatione eventuali. P. S. Stryck. R. H. Horvitzig.
20. De eo quod justum est circa pactum executivum
ductu. P. C. de pign. et hypoth. P. G. Barth. R. J. S. a. Dusseldorf.

21. De Carceribus eorumque usu et abusu in causis criminabilibus ad Fet. Sand. et Ad. de Custod. et exhibit. Reor.
 P. W. J. Martini R. C. Keilpflug.
22. De iuribus impuberum singularibus P. H. Linck.
23. Acquisitionem derivativam Domini factam Homini.
 P. G. Schiltberg. R. P. Graf.
24. De Legitimatione. P. F. Seifler, J. Joachim von Dale. (Anm. in T. 17. 1788.)
25. De Contractu aestimatorio. P. B. L. Schwendendorfer. R. F. Schwallbe.
26. De Commendatione. P. A. B. Carstov. R. C. E. Lange.
27. De iure miserabilium. P. F. A. Struv. R. J. F. Alving.
28. An in causa religionis scripta anonyma aut pseudonyma sint probanda aut toleranda P. S. Evenig. R. C. Pyrlaeg.
29. De Antichresi. P. C. Möschel. R. C. L. Betlich.
30. De iurisdictione feudali Dominica. P. B. L. Schwendendorfer.
 R. Jo. Wichmannshausen.
31. De Conciliis. P. F. T. Meier. R. J. P. Schachttrup.
32. De Matrimonio. P. J. Schiller. R. J. S. Neukirch.
33. De benedictione sacerdotali. P. F. Wörger.
34. De iustitia hominis circa animam. P. J. E. Simon. R. D. Meppen.
35. De hominis mortui sepultura prohibita. P. H. B. Voss.
 R. J. P. Eichenbach.
36. De iure necessitatis. P. J. Eisenhardt. R. G. Lengerke.
37. De Testamento. P. Engelbrecht. R. A. Nardini.
38. De Extraordinario Remedio Restitutionis in integrum.
 P. C. F. Schröter. R. J. Klinger.
39. De Privilegiis. P. B. L. Schwendendorfer. R. C. C. Seligmann.
40. Jus Deliberandi. P. J. C. Falckner. R. A. Canovig.
41. De Privilegiis Mulierum. P. J. V. Bechman. R. J. D. Feyerabend.
42. De Advocatorum inhabilitate. P. J. B. Friesen. R. M. V. Sötze.
43. De litis contestatione. P. A. Deier. R. J. S. Fimmarmann.
44. De Retentione. P. B. L. Schwendendorfer. R. G. C. Reinhausen.

45. De Privilegio P. B. L. Schwendendörffer. R. J. A. Eisenbohm.
 46. De Juris Justinianaci receptione. P. H. Lincke R. J. W. Coum.
 47. De Donatione remuneratoria, ab obligatione Antidotali.
 P. P. U. Kamelin.
 48. De Donationibg. P. J. G. Simon R. G. Borjmann.
 49. De in jus vocatione seu citatione. P. B. L. Schwendendörffer.
 R. P. C. Ulbrich.
 50. De literis natalitatis. P. H. Lincke. R. L. C. Thum.
 51. De Contractibg Principum. P. G. M. Struve. R. J. Förster.
 52. Jura poculorum. P. J. G. Simon. R. J. D. Marl.
 53. De Jure viarum publicarum. P. C. Fiegler. R. C. A. Fiegleder.
 54. Ad Lib. 1. ff. tit. 1. 2. una cum Historia ff. P. J. Klein. R. W. Sprengel.
 55. De Dominatu Pontificis Rom. P. M. N. Braun. R. J. C. Tebel.
 56. De Vectigalibg. P. H. Couring. R. P. J. Thomae.

Jamelbd.

fol

39
27

DISSERTATIO JURIDICA
DE
JURE
MISERABILIVM,

Von
Rechte der **Armseligen** und
Nothbeträngten!

Quam
SS. Unius Triados & Ternæ Monados Faventia,
Illustrium atq; Magnificorum in Inclyto Athenæo Salano
Themidos Sacerdotium Indulgentia,

AC

Validi Præsidiij Assistentia

DNI. GEORGII ADAMI STRUVII,

Jcti Consummatissimi, Serenisf. Ducum Saxoniae Con-
siliarii Intimi Eminentissimi, Facultatis Juridicæ Præsidis Ordinarj
Magnifici, Curiaëque Provincialis ut & Scabinatus Asses-
soris Primicerij Gravissimi,

DNI. Mœcenatis, Patroni, & Doctoris summa honoris
ac observantiæ devotione ad tumbam usque devenerandi,
Ex multis Probatissimis; Autoribus enucleat, ac
In Acroaterio Jctorum Solenniter defendit

JOHAN. GEORG. ALBINUS

Numb. Misn.

Anno ενανθρωπήσεως 78 λόγος M. DC. LXXX die 5. Maij.

Literis Samuelis Adolphi Mülleri



DISSERTATIO JURIDICA

DE
JURE

MISERABILITUM

2011

Recht der Missethätigen und

Verurtheilten

von

22. Unius Triades & Ternae Monachos Ravennae

Illustrissimus in Christo Aemulo Sacerdos

Theodosius Sacerdotum Indulgens

et

Validi Praesidij Alibemina

DR. GEORGII ADAMI STRUWII

Juri Consultum, Socium Facultatis Juris Saxoniae Con-

stitutum, Praesidii Facultatis Juris Ordinarij

Magistri, Consulis Facultatis de Facultate Al-

lois Primarij Curator

DR. MOCENATI, PATRONI & DOCTORUM HONORIS

acceptissimae devotione et tam in usum deperend

ex multis Propositis, quibus quidem

in Actio Juris, sicut in deinde

JOHANN. GEORG. ALBINUS

Primum, Misar

data in Ravenna die 10. Martii MDCCLXXIII

Pra-Illustri ac Generosissimo Domino

DOMINO

VITOLUDOVICO

â SECKENDORFF,

In Oberzenna / Meißelwitz & Modelstein /

S. R. J. Lib. Equiti,

Et Potentissimi Electoris.

Reverendissimi ac Serenissimi Principis

MAURITII,

Ducum Saxoniae &c.

Confiliario Intimo, Hujusq; Cancellario,

& Consistorii Zizensis Præsidi Eminentissimo,

ut & Ordinis Equestris in Ducatu Alten-

burgensi Directori Gravissimo

&c.

Domino, Mæcenati ac Patrono meo post Deum sum-

mo, ac Devoto venerationis cultu aeternum

suspiciendo.



DEDICATIO

Vir Præ-illustris atque Maximè
Generose,



Vemadmodum cliens in Ju-
dicio Patronum, qui eum contra
adversarios defendat, summe ne-
cesse habet: Sic etiam unum quod-
que scriptum Mœcenates ac Patro-
nos, qui illud contra Momum & Zoili fratres,
ceu Palladis ægide, tueantur. Nam quis homi-
num vivit, qui non optimè callet, quòd his tem-
poribus exulceratissimis omnes disputationes, o-
mnes tractatus, omnesque libri, συλλήβδην, o-
mnia opera eruditionis divitiis exornata, præpri-
mis à talibus (quod dolendum,) qui tamen sæpius
minus habent eruditionis, quàm cimex seu cur-
culio sanguinis, dente Theonino ac Hiponacteis
morsibus arrodantur. Hoc ergo movit per mul-
tos,

tos, quòd scripta sua aut non in lucem edere ausi
 sint, aut si ausi, quòd Patronos ac Defensores sibi
 comparandos *χεσώτε ποσώτε* conati sint. Quia
 igitur etiam hoc mihi certissimè persuasum habeo
 quod cum mea dissertatione præsentì eadem Tra-
 gædia agetur; ideò frontem commasculo, &
 cum ista ad TE, tanquam AD MOECENATEM,
 PATRONUM AC DEFENSOREM POST DEUM
 MAXIMUM refugium sumo, quia orbis totus lo-
 quitur, quòd Tu non sis ille *δυσώτος οδος* nec adi-
 tudifficilis: TUAM BENEVOLENTIAM MOR-
 TALES nullâ ingenii felicitate queunt implere,
 ERUDITIO TUa digna, quam non homines tan-
 tum, sed & æthereæ mentes admirentur, Tu es il-
 le profectò, qui ad nostri seculi ornatum editus est,
 de quo jure meritò prædicare possim, quo de
 Mæcenate suo *immortalis ille ingenii Poeta in-*
comparabilis ac inventionum acumine nulli secun-
duS SIGISMUNDUS BETULIUS usus, quando hunc
 in modum canit:

Und hatt' man Deinen Witz vor Troja sollen spüren/
 Dich würde mehr mit Lob als ihrem Nestor zieren
 Der Griechen Dichterey: Für solchen Dich erkent
 Das Deutsche Reich / noch Wunsch / Dich seinen Can-
 zler nennt

Du Deutscher Nestor Du / etc.

A 3

In Ost-
 ländische
 Lober-
 Hayn
 pag. mihi
 III.

& in

Et in alio loco. p. 349.

Ihr seit ein Phöbus ja / glänzt als der Morgen /
Am Hofe des / der unser Jupiter /
Ihr seyd ein Berg sein Atlas / der die Sorgen
Ihm tragen hilft / des Reiches / Zimmels Sphär / etc.

Et quid sermonicor ? Nullus est in Saxonia locus, quem VENERATIO TUI non occupaverit, imo FAMA TUA AC NOMEN longe clarius est, quam ut ejus Purpura huic vili panno involvatur. Urinam ire possem per omnia FELICITATIS TUÆ cognomina, quæ tum fortunæ munificentiâ concessit ; & adhuc amplius cœlestis meditatur favor : Sed quoties id cogito saltem, vincor magnitudine & redigor ad silentium. Ad TE igitur, in quam, refugium sumo & hanc DE JURE MISERABILITUM DISSERTATIONÉ MEAM ego MISERABILIS PERSONA IPSISSIMA, ad ARAM TUAM humillimè depono ; Accipe igitur foetum adhuc à matre rubentem, eumque autoritatis Tuæ stricturis quibusdam irradiâ, ut sicut veterum liberos nuper natos Rhœnus exploravit & corpore eorundem roboravit ; Meus quoque ille ingenio-

Johann.
Hinric.
Urfini A-
cera Phi-
lo. p. m.
308.

nioli scetus lumen inde aliquod, robur & confi-
dentiam inspiciendæ lucis publicæ accipiat.
Vel ut Sol radios suos in loca etiam scabra jaci-
nec detrimentum accipit, & sicuti cœlestia siede-
ra non tantum magnis mundi partibus se in fun-
dunt, sed & ad singula animantia vim suam parti-
untur: Sic etiam non ægre fer, SI NOMINIS
TUI PRÆSCRIPTIONE DISSERTATIO
MEA ILLUMINETUR. O PATRONE
SUMME, defende ME ac DISSERTATIONEM
tanquam TUOS CLIENTULOS SVBJE-
CTOS, & ut Augustissimus ille Augustus suum
Maronem, & Decantatissimus ille Moecenas
suum Flaccum prono favore complexus: Ita
etiam me favoris (ut *περὲς ἐπιπλήτων* loquar) bra-
chiis circumplicatum tene. Quò favore, be-
nevolentia ac Patrocinio Tuo erectus, nullius
Momi Zoilique Theoninum dentem, non Cato-
nis censorium supercilium nec centumvirale
judicium quidem extimescam. Deus autem
βασιλεὺς ille *τῆς ἐλευθερίας* Te & Tuam
totam splendidissimā Familiam
diu-

Thom.
Lanf. in
Consult.
dedicat.
Hugo Gr.
in dedic.
in de J. B.
& P.

diutius sospitet , ac sub umbra alarum suarum
protegat , quod in votis meis est calidissimis.
Pluro non opto , quam vale, vale, inquam, &
vive diu **DEO, PRINCIPI, PATRIÆ,**
TIBI, TUIS, OMNIBUS & MIHI
qui

JENÆ ex Museo

Anno 1680.

d. 31. Martij.

Tuus ποτὰν ζωὰν
subjectissimus

Autor.



PROLEGOMENA.

Docto Lectori ἐπιπέταται!



Siquicum est B. L. quod
a Justitia ipsâ inventum excogita-
tumque sit, me iudice sunt tria illa
auro & gemmis pretiosiora ac pe-
renni cedro coeloque dignissima

JURIS PRÆCEPTA, quæ *Sacratissimus Impere-* Thom:
perator JUSTINIANUS, *omni exceptione major* Lanf. in
Princeps, & cui debet hodie *universa Jētorum* Mant. pag
natio fortunas & divitias ac omnem splendorem, m. 149.
per virum Magnificum, Magistrum, Sacri Pa-
latii Romani Exquaestorem & Juris Architectum
TRIBONIANUM, in Institutionibus Juris, Lib. i.
Tit. 1. §. 3. membranis illinere & posteritati re-
linquere Jussit, ista autem sic sonant:

**I. Honestè vivere. II. Alterum
non lædere, & III. Jus suum cui-
que Tribuere.**

B

○ Præcepta

O Præcepta magis à DEO, quàm ab homine
data ! O Præcepta, inquam, digna, quæ om-
nes homines, omnes, qui Justitiam sartam
rectamque habere amant, stylo Adamantino
in cordis viscera inscriberent, & totum vitæ
cursum juxta hanc normam flecterent atque
instituerent ! Sed si rem altius ad rationis lu-
cem considerationisque lancem revoco quo-
modo quotidie Tertium illud Præ-
ceptum Justinianæum (nempe
Jus suum cuique tribuere,)

Orat. 'pr.
pag. mihi.
38. de
Præst.
Hist.

violetur quod profecto inter reliqua mala, (ut
Oratoris mellitissimi LORISECÆ verba mea fa-
ciam) quibus nostra Germania in hoc auri ar-
gentique cupidine incitatissimo seculo squal-
let, minime postremo loco collocandum es-
se arbitror, incidit mihi in mentem *Smyrnen-
sis Episcopi* POLYCARPI Exclamatio, quando ait:
O DEUS in quæ Tempora nos
reservasti ! Attamen tolerabilius es-
set,

OPINIO

set, si Personis Miserabilibus e. g. Viduis,

Pupillis & aliis, quibus tamen Deus
Justissimus & Themis ipsa Jus suum tribuit, jus
tribueretur, sed experientia proh dolor!
contrarium demonstrat. Nemo fere vivit qui
dictum Romanæ Eloquentiæ cymbali CICE-
RONIS animi lance perpendit, quando scribit:

Lib. 2.
Rhet. vet.

Eorum misereri oportet, qui
propter fortunam non pro-
pter crimen in miseris sunt.

Nec lactei LACTANTII, qui sic: Non mi-
nus magnum Justitiæ opus est,
pupillos & viduas destitutas &
auxilio indigentes tueri, atq;
defendere, quod adeo univer-
sis divina lex illa præscribit:
quando quidem boni quique

Lib. 6.
cap. 12.

b 2

Ju-

Judices ad officium suum judi-
cant pertinere, ut eos humani-
tate naturali foveant ac iisdem
prodesse nitantur. Neque ullus a-

Matth. Zei-
ler. in E-
pist. p. 1.
Epist. 57.
pag. m. 158

dest MARCUS AURELIUS CLAUDIUS, qui cum vi-
dua, quæ lacrymans ipsum accedebat, non so-
lum socias commiscebat cū ista lacrymas, sed
etiam guttas à facie ipsius cadētes abstergebat.
Quoniam igitur JUS ferè hæcten⁹ Miserabiliū
ultra Sauromatas & glaciale Oceanum rele-
gatum est, & mihi SPECIMEN ACADEMICUM an-
te aliquod tempus animo constitui, in quo
Θεὸς ὑπερβόηται fretus ingenioli mei vires pe-
riclitari possem, accidit mihi semper in tanto
Juris apparatu, quod solet iis, qui ad opiparè
instructam mensam sedentes deliberant, cui pri-
mum ferculo manus ad moveant. Ne autem
aliquod triviale nec cramben biscoctam sub
prælum revocem mihi hoc thema DE JURE
MISERABILIIUM, (quia ego ipse tan-
quam Orphanus miserabilis

Matth.
Tympius
in Disp.
Orat. p. m
184.

per-

persona sum, & Mater & Avia
mea viduæ) dignum fuit visum, ideo
pro ingenioli mei inopia & tenuitate de istis
nempe. 1. VIDUIS. 2. PUPILLIS. 3. PAUPERIBUS.
4. COECIS. 5. MUTIS. 6. SURDIS. 7. CAPTIVIS.
8. FURIOSIS, & aliis earum jura iterum quærere
in animo constitui. Qvum vero sine DEI
numine nihil sit in homine & absque DEO,
adquem omne principium, medium ac termi-
nus respicere debet, *Novel. 109. in p̄s̄fat.* nihil
que unquam commode geri possit, *Novel. 164*
ideo quicquid agimus in ipsius nomine, *1. Cor.*
10. ad hunc actum progredior l. 2. C. d. off. P̄s̄f.
P̄s̄f. Afric. In Nomine Domini
& DEI nostri JESU Christi,
quia omnia consumere potest. *l. 1. §. 2. l. 3.*
princ. C. de jure vet enucl. & coram isto tan-
quam πάλῳν δῶσῃν ἰδῶν supplex his vocibus
utor:

Exere Jova tuas p̄s̄senti numine vires

Conatusque meos dirige, meque jova!

B 3

Sonnet

Sonnet.

An den Bücher-spöttischen und Alles-Tadelnden Momus.

Momus Bücher Blätter Spötter / dem aus seinem Rachen ra-
Nadel-spitzen-gleiche Zähne/ich will geben ohne scheu (gen
Diese Schrift zum offnen Drucke und zu lesen ieder frey.
Birst nach deinen steten Arten / das wolt ich Dich erstlich fragen?
Du es höhnen und mit Zähnen auch durch roden und benagen?
Doch weil Du von Hochmuth dicke denck' ich dieses noch darbey
Dass Du es nicht werdest lesen / weil es Dir zu gringe sey;
Spottst' Dus aber / wie dus spottest / muß ich es gedultig tragen
Weil da Sonnen-gleiche Männer von sich spottens müssen lesen /
Und Apollo oft von Midas wird verspott in seinem Wesen:
Doch verspott' es nicht so hefftig zäume dich und deinen Zahn/
Jeder Vogel singt so köstlich als der Schnabel Ihm gewachsen/
Und erwege das noch erstlich: Dass in unsern Lande Sachsen
Sich Patronen iederzeiten Musen-Söhnen nehmen an.



I. N. D. N. J. C.
DISSERTATIONIS JURIDICÆ
De
JURE MISERABILIIUM
Pars Prima
De Viduis.

Cap. I.
Miserabiles unde, quid, &
quales sint.

Aph. I.

Non infrunitè sed profectò σοφῶς scribit inter Jctorum stellas non minima Wissenbachius in *Comm. ad tit. ff. de V. S. disp. 1. in pr.* εἰς τὸ ἀεθῶς διδάσκειν δεῖ πρώτως ἐξελάζειν τὰ ὀνόματα, h. e. ad recte docendum oportet primò expendere nomina. Quomodo hoc igitur in aliis facultatibus observatur, ita etiam in Jurisprudencia: Nam videmus, quod nulla Disputatio, nullus Tractatus elaboretur, in quo non verbi notio, quam Græci ὀνομασολογίαν vöcant accuratissime demonstratur. Ne igitur ab ista methodi viâ deflectam ad MISERABILIIUM statim ONOMATOLOGIAM ipsam quia juris Onomatologiam Doctores præprimis Astrææ Phœbique illud im-

mor-

mortale Decus Gvilielmus Grotius in libello suo quoad
formam parvo, quoad eruditionem autem ingenti *de Ju-
re Nat. in pr. cap. 1. §. 2. & seqq.* luculentissime deduxit ac
demonstravit, me converto.

*Onomato-
logia Mi-
serabiliū*

II. MISERABLES autem, Grammatici & Lexico-
graphi à verbo MISEREOR, MISERERI originem trahere
testantur, i. e. quasi MISERATIONE DIGNISSIMI Ger-
manicè : *Jammer, Würdige, Leute.* Hinc coelestis-
simum ac Svavissimum illud os Cicero *in Parad.* ait. Ni-
hil tam miserabile, quam ex beato miser.

Definitio

III. Nunc Methodi Necessitas mihi legem proponit,
ut aliquam MISERABILIVM DEFINITIONEM vel ma-
gis DESCRIPTIONEM afferam, quæ ita sonat:
Miserabiles sunt Personæ, quæ miseratione
dignæ, five quarum natura ad miserendum
moyemur. *Daniel Gehe in tract. de Priv. Miser. cap. 1.
in principio.*

*Quales
sunt*

IV. Restat nunc ut post definitionem QVALES &
QVÆNAM istæ sint recenseam, illæ autem sunt:
Viduæ, Pupilli, Orphani, pauperes, Coeci,
Muti, Surdi, Captivi, Melancholici, Peregrini,
Senes, Decrepiti, quantumvis Divites, Muti-
li, carcere clausi, de novo conversi ad fidem,
diuturno morbo fatigati, Claudii & omnes alii
qui miseratione dignissimi sunt, secund: *leg. u-
nic. C. quando Imperat. inter vid. &c. Add. Christinaus vol.
3, Decis. Belg. 141. n. 6.*

V. Post

V. Post hæc, ante omnia videndum est unde **VIDUA** *Viduarũ*
dicatur: **VIDUA** autem JAs Labeonem sequentibus à **VE** *Onomato*
privandi particula dicta & **DUO**, quasi sine duitate: sicut *logia.*
vecors sine corde, quam rationibus quatuor impugnat *Jtorum.*
Alciatus ad l. 242. S. viduarum. ff. de V. S. **GRAMMATICIS** & *Gram*
autem à **VE** & Hetruscorum verbo antiquo **IDUO**, **IDUA-** *matico-*
RE, hoc est *dividere, separare, scindere, & privare;* *rum.*
unde Idus appellamus dividentem Mensem teste *Macrob.*
Sat. 1. c. 15. & Lyricorum carminum felicitate Principe
Horatio *lib. 4. Od. 11.* qui sic canit:

Ut tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis: Idus tibi sunt agenda:
Qui dies mensem Veneris marina
Findit Aprilem.

Vid. Gail. l. 1. Obs. 1. n. 42. & 43. Neuenhan. in tract. de Pri-
vileg. Viduamem. l. 1. Sect. 1. p. 2. & seq.

VI. Excussam **ONOMATOLOGIAM** excipit **HO-**
MONYMIA. Cum autem ut Jctorum Batavorum Cory- *Homony-*
phaus Hugo Grotius in æterno suo ac incomparabili Ope- *mia.*
re de J. B. & P. l. 3. c. 1. S. 17. num. 4. monet: Nulla omni-
no sit vox, quæ non ambiguum recipiat sensum, & pro-
pter significatum, quem vocant primæ notionis, alterum
habeat secundæ, eumque varium secundum varias artes,
tum vero alios ex translatione ac similibus figuris; id e-
tiam in vocabulo nostro deprehendo. **PROPRIE** autem
dicitur persona cui maritus est mortuus *Proprie,*
eine Wittbe / Witfrau / der der Mann gestor- *dicta.*
ben / oder Nachgelassene. *Panormit. cap. exteno-*
re. n. 6. de foro comp. Sic cornicorum ille Princeps svavis-
simaque Germanæ latinicatis Philomela (u tã meo **LO-**
RISECA vocatur) Plautus *in Stich. ac 1. sc. 2.* Quæ tam diu

Vidua suo caruit viro. Item. Cui vir à Jugo est, quia conjuges quasi ejusdem jugi pares dicta sunt: Scilicet quod pari jugo eos vinctos oporteat in secundis & ad versis rebus, ut Vir in Theologia summus & non minus de Ecclesia orthodoxa, quam de Juventute Academica optimè meritus Dn. D. Joh. Musæus in *disp. de Conjug. t. b. 3.* posuit.

VII. IMPROPRIE autem vocatur VIDUA, quæ *Improprie* maritum habet inutilem puta damnatum ad triremes, *Gloss. in l. ult. verb. orbit. C. ad Fab. de Plag.* Ut Ecclesia sponso viduata dicitur, quæ Episcopum habet inutilem, *cap. 2. §. sed neque illud extra de trans. Episc.* item qui virum nec jam habet nec unquam habuit, ut virgo calibem AGENS VITAM. *Gothofred. in not. ad l. 292. ff. de V. S. lit. P. add. Gail. l. 1. Obs. 1. n. 41. & seqq.* Quibus ita præmissis facile apparet Viduarum Homonymia, de quibus Viduis in hac parte omnis nostra instituitur disceptatio.

CAPUT II.

Jus Viduarum in Genere.

Aph. I.

Viduarum Divisio. **U**T autem Ordine procedam & de DIVISIONE aliquid moneam, dividam JUS VIDUARUM IN GENERE, ita, ut agam prius: De Viduis omnis Ordinis, in Specie autem De Nobilium & Pastoralium. Si Viduarum & Pupillorum Jura in Genere inspiciam, quis hominum est, qui magis Privilegiis & Juribus præditus est tam à DEO Ter Opt. Max. quam à Justitia ipsa quam illæ:

Jus ex Sacris.

II. Nam ita dicit Deus ipse: *Exod. c. 22. v. 22.* Viduæ & Pupillo non nocebitis; si læseritis eos vociferabuntur

tur

tur ad me, & ego audiam eorum clamorem, & *Deut. c. 10. v. 18.* Facite Judicium Viduæ & Pupillo, amate peregrinum, & date ei victum atque vestitum. *Item Esa. c. 1. v. 17.* Quærite Judicium subvenite suppresso, judicate pupillo, defendite Viduam. *Et Zach. c. 7. v. 10.* & Viduam & Pupillum, & advenam & pauperem nolite calumniari. *Item Jerem. c. 72. v. 3.* Hoc dicit DEUS: Facite Judicium & Justitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris nolite contristare, neque opprimatis inique &c. ubi juramentum superaddit, & aliis pluribus in locis videlicet: *in Syr. c. 4. v. 10. item. c. 35. v. 17. 18. & 19. Prior, Tim. c. 5. v. 3. & Prov. c. 23. v. 10. & 11. &c.*

III. Nunc incumbit mihi, quia Jus Viduarum in sacris traclavi, ut videam, quomodo in sacris vox

*Vox viduæ
quomodo
in sacris
usurpatur*

Vidua usurpetur & in aliis Orientalibus linguis adhibeatur. Si Lexica evolverim, Hebraice vocatur: אַלְמָנָה vidua, ut *Gen. cap. 38. v. 11. Exod. cap. 72. v. 24. Jes. c. 9. v. 17.* Caldaice, אַלְמָנָה & Arabice, أرملة Vidua tacita ac moesta, quia vidua perpetua à viro deferta est, à Radice אַלְמָנָה ligavit vel obmutuit, *Jes. c. 47. v. 9. vid. Boxtorff. in Lex. Heb. & Cald. pag. m. 30. & Valent. Schind. in Lex Pentaglot.*

IV. Præmissis his iterum AD JURA CIVILIA ET SAXONICA devenio, eorum autem tantus campus se præsentat, ut nesciam,

*Jus Civile
& Saxonicum.*

τί πρώτων, τί δὲ ἕωιστα, τί δὲ ὑσώλιον καταλέξω;
Sed ego existimo satis fore, si DE TUTELA, quia vidua post mortem mariti si liberi adsint statim tutrix fit incipiam.

V. Quæritur igitur, An mater vidua tutela

De Tutela

tela præesse possit? **Affirm.** Nam maximam singularitatem habet tutela Privilegium in eo, quod matri concedatur, etiam si liberorum suorum creditrix & debitorum existat, *Novell. 94. pr. c. 2. Joach. Wibelius tr. de tut. c. 3. §. 5. n. 11.* Etiam Jure Novel. præfertur aliis cognatis mater, si velit tutelam suscipere, *d. l. add. Illustris ac Magnificus Dn. Præses illud Jctorum in hoc Athenæo Salano sicut in toto Orbe literato splendidissimum Sidus in sua aurea Jurisprudencia, quæ digna, imò dignissima, ut ab omnibus Juris & Justitiæ Cultoribus legatur ac ediscatur. lib. 1. tit. 18. aph. 5. de Tut. Dativ.*

De Secundis Nuptiis.

VI. Sed ejus Tutela, quamdiu à secundis nuptiis abstinet, durat, si transit autem ad secunda vota, à tutela removenda est. *Dist. 109. ad l. 3. C. qui per. tut.* Cum autem tutrix ista est pupillorum tamen ab inventarii confectione immunis haud est, & eo neglecto, ad juratam specificationem tenetur. *Decis. Elect. 21.* quia omissa inventarii confectione, suspecta, habetur & infamis. *l. ult. §. 1. C. de Arbit. tut.* Magnif. Dn. Præses *Jurisp. l. 1. t. 21. aph. 3. de Admin. & Peric. tut.*

De Minorenitate.

VII. Sed quid si mater sit Minorennis, an adhuc, ut legitima tutrix præferenda erit aliis? Saxonicus ille Papinianus *Carpzov. negat. 2. decis. 122. n. 8. præprimis in Feudalibus, p. 2. c. 11. d. 12. num. 14. & 17.* Sed Magnif. Dn. Præses Doctor & Patronus meus summus ad vitam usque colendus *in Jurisp. in 4to, l. 1. t. 18. aph. 5. de Tut. Dat.* ita, & quidem rectissime statuit:

Moribus id admittitur, vel aliquando contutores ipsi adjunguntur: ita, nimirum, quod rigor

rigor juris non admittit, illud amor & affectus maternus, qui ceteros, vincit. *l. 1. C. ubi pup. educ. debet, supplet. Dn. Carpz. p. 2. c. 11. d. 12.*

XIIX. Cum tutela, vidua illa alia Jura Maritalia post mortem mariti habet, nisi ad secunda vota transeat. *De Dignitate Maritali. l. 13. C. de Dignit. l. 8. ff. de Senat. l. 10. C. de Nupt. Magnif. Dn. Præs. Ex. 29. th. 56. Neuenh. Sect. 4. memb. 2. p. 94.* Ita, si maritus fuit Doctor, Magister, aut in alia Dignitate constitutus, etiam illa participat de ea. Ideoque bene Angliæ ille Martialis Ovvenus *l. 2. Ep. 103.* canit:

Vir quancumque Comes duxit, Comitissa vocatur.

Non semper, nupsit cui Comitissa, Comes.

Sic, à Sole suum derivat Cynthia lumen:

Sol à se lucem, non aliunde, petit.

ratio, quia vidua adhuc in primo matrimonio vivere reputatur. *l. 22. §. 1. ff. ad Municip.*

IX. Hinc etiam isti usus ædium & earum fructus conceditur, *l. 4. ff. §. fin. de usu & habit.* Magnif. Dn. Præs. *Ex. 0. th. 28.* imò possessio seu causa potius possidendi licet morte mariti finiatur; attamen ea Occasione Vidua in defuncti mariti bonis certa ratione perseverare, & per restitutionem dotis & lucrorum nuptialium jure retentionis uti potest. *Joh. Kizel. Syn. Marit. c. 7. th. 6. add. Disp. de Philallilia. Joh. Aug. Prætorii. sub Præs. Excell. Dn. D. Matth. Jessen. Patroni ac Præceptoris mei æstimatis. cap. 3. th. 3. n. 13.*

*De Usu
Ædium.*

X. Si creditorum adest tanta copia, ita, ut quamquam bona maritalia non sint solvendo attamen illata sumere potest, quod Germanice vocatur *nach ihrem eingebrachten Gute greiffen.* Vid. latius. *Carpz. in*

*De Dota-
litio.*

Jurisp. p. 1. c. 28. d. 72. & 74. add. Diss. de Priv. Mulier. David. Fezerabens. sub Pras. Dn. D. Joh. Vol. Bechmanni Ante: hujus Salan. Celeb. c. 1. eb. 33.

XI. Sed jam nova se offert quaestio, quae antequam ulterius progrediar, discutienda est; **An filius teneatur dotare matrem viduam?** & videtur dicendum, quod sic, quando mater est inops & non habet unde se dotet, cum & tunc alenda sit à filio, *l. 1. C. de alen. lib.* & naturali rationi est consentaneum benefacienti ut beneficiamus *Joh. Schueiderv. ad Inst. t. 4. pag. m. 1547. num. 92. Add. Guil. Grot. de Jure Natur. c. 8. S. 3. pag. m. 127.*

De Hypotheca.

XII. Legimus etiam quod in pluribus locis receptum, imò singulariter sancitum sit, ut nimirum viduae creditoribus tacitam tantum, non etiam expressam Hypothecam anteriorem habentibus, praferantur, *vid. l. 12. C. qui potioris in pig. habent. Joh. Myns. l. 4. Obs. 12. in Foro Sax. adest. lex pub. Elect. Ord. Proc. Jud. t. 43. & Carpzov. p. 1. c. 28. d. 6.* ubi hoc refert praedictum: **So werden der Wittwen ingesambt die bemeldete 50. R. so der Ehe mann in dotem empfangen / vor allen andern seinen Gläubigern / so auff seinen Gütern nicht ältern aus drücklichen Verpfändung erlanget / vor billich bezahlet B. R. W.** add. *Magnif. Dn. Prasf. Jurisp. l. 2. t. 28. aph. 28. de Cod.*

XIII. Quia de Usu ædium tractavi ansa mihi praebetur quaerendi: **An Usus ædium ista habet, si iterum nubat?** Affirm. Imo si usus ædium etiam legatus sit ea conditione, si à viro divertisset? respondet *Ulpianus in l. 4. & 8. §. 1. ff. de Usu, & habit. EAM cum*

cum marito nihilominus habitaturam; remissa autem conditione, quæ ut turpis & contra bonos mores, rejicitur. *l. 5. C. de Inst. & subst. Schneidervv. ad Inst. l. 2. t. 5. de usu & hab. n. 12. p. m. 382.* & Apostolus Paulus suum ἐπιβαλλὼν μίσην istis addit, cum dicit, *Corinth. 7. v. 39.* Mulier alligata est lege quanto tempore vir ejus vivit; quod si ob dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat.

XIV. Possessione bonorum etiam ista utitur si post mortem mariti prægnans à viro mortuo est, tunc enim præcedente causæ cognitione, vidua ob ventrem seu foetum in utero quem præterdit interea mittitur in possessionem rerum hereditariarum, usque dum vel partus nascatur: vel abortum mulier fecerit, vel appareat non esse prænantem. Datur interim curator, qui mulieri propter foetum ex bonis provideat. *l. 1. ff. §. 17. 27. & seqq. de vent. in Poss. mit.* Mag. Dn. Præses. *in Jurisp. l. 2. t. 31. aph. 4. de bon. poss.* Etiam apud Romanos in usu fuisse refert Historicorum ille Ocellus ac Heroum laudum Buccinator Plutarchus: Quod Epulæ à nuptiis ac triumphis relictae talismodi viduis ac pupillis distributæ sint, ita ut si Judices istas non communicaverint, actione furti accusare potuerint. *Ans. di Guevara in Horol. Princip. l. 3. c. 38. Mart. Zeil. p. 1. Epist. 57.* ubi latius.

XV. Sed quod si sciverit vidua se non esse prænantem & talem tamen se dixerit & petierit se mitti? Respond. re comperta, sumptus omnes restituere debet. *l. 1. §. fin. d. l.* Mag. Dn. Præses. *ibid. cit. loc.*

XVI.

De Præ-
gnatura
illegitima.

XVI. Quia de Prægnatūra jam mihi res est, & non ἀνομία τοῦτέω, de Prægnatura illegitima hoc moneam, quod nempe ista vidua propter stuprum commissum non quemadmodum aliæ, quæ fustigatione dignæ fustigetur, sed mediocriter ne damnum sentiat infans quem lactat, in tali etiam casu respondisse Scab. Jenens. refert ὁ κύριος ἐν ἀγίοις D. Christoph. Philipp. Richter, Antecess. olim in hac Alma Salana ac Ordinarius Gravissimus *dec. 7. num. 6. Mens. Junii Anno 1678.* So wird dieselbe mit öffentli- chen Staupen/Schlägen des Landes ewig verwiesen / es doch ist mit den Streichen gebührlische Bescheidenheit / damit dem Kinde so säuget / an der Milch kein Schade geschehe / zu gebrauchen B. N. W.

XVII. Sed quid si etiam Inquisita sit hu- jus constitutionis, ut si etiam mediocriter fu- stigaretur, lac tamen planè amittendi pericu- lum adsit, idq; attestentur de illa periti medici? Respond. In tali casu ne calamitas in fonti infanti da- mnum afferat, (præprimis si nullæ adsint facultates ut specialis nutrix possit in matris locum substitui) matri fustigatio est remittenda, aliaque forsan poena e. g. Mit Gefängnisse / Pranger und über den Haupte ein gesteck- ter Staubesen / oder mit auff den Rücken gebundenen Staubesen durch die Stadt geführet. secundum loci ejusdem Statuta. Magnif. Dn. D. Henricus Balthasar No- the / Antecessor hujus Academiæ celeberrimus ac p. t. Rector Magnif. Patronus ac Præceptor meus colendus in *Colleg. Pub. dict. Inst. Pract. t. 4. de Ingeniis.*

De Stupro
voluntario

XVIII. Porro quæstionem moveo, AN ISTE qui viduam stuprat, si ἀγαμος est, eam du- cere

cere vel dotare tenetur? Super hac re in divortia
Doctores opinionum abeunt, alii affirmant, alii negant.
Negant *Ant. Gomez. ad l. 80. n. 14. Jul. Clar. §. sup. n. 4.*
Ant. Fab. l. 9. ad C. t. 7. d. 5. n. 4. Johan. à Sande decis. Fris.
l. 2. t. 1. d. 10. Affirmant. Pruss. Farinac in Prax. Crim. p. 4.
t. 16. q. 147. n. 10. & seqq. Dn. Berlich. p. 5. Concl. 38. num. 2.
& seqq. Dn. Beat. Richter. p. 2. decis. 38. n. 1. & seqq. hoc
comprobat etiam Nov. Elect. Aug. Const. 20. p. 4. his verbis:
Da eine ledige Mannes Person eine Jungfrau oder eine
berüchtigte Witwe beschläfft / und er (wie doch billich ge-
schicht-) dieselbe zur Ehe nicht nehmen will / so soll er sie
ihres Standes und Herkommens nach dotiren / und da
sie von ihm Leibes Frucht hat / dieselbe auf Gerichtliche
Ermessigung alimentiren. Ego autem cum ingenti illo
stupendæ eruditionis miraculo (ut cum meo Lorifeca
loquar) Aristotele l. 10. C. 2. ad Nicom. decido: τὰ κοινῆ
Φαινόμενα πᾶσι ὃ γὰρ πᾶσι δοκοῖ τῆτο εἶναι φαιμέν, ὃ ὁ ἀνα-
ρῶν ταύτην τὴν κρίσιν ἔ' πᾶνο κρίσειρα ἔχει. h. e. Quod omni-
bus ita videtur, id ita esse dicimus, qui vero hanc fidem
velit tollere nihilo ipse credibilia dicet.

XIX. Quia de stupro voluntario mihi res est, et *De Vie-*
iam de violento in viduas commissio aliquid moneam. *lento.*
Earum autem stupratores capite plectuntur. *Carpz. p. 4.*
c. 30. d. 1. & seqq. Magnif. Dn. Præles Jurisp. l. 3. t. 28. aph.
13. de Pub. Jud. Ord. Crim. arb. n. 9. ubi hac vide. So tes
mand eines unbelebtten Witwe / Ehefrau oder Jungfrau
mit Gewalt / und wieder ihren Willen ihre Ehre neh-
me / derselbe Ubelthäter hat das Leben verwircket / und
soll auf Beflagung der Benöthigten in Ausführung der
Missethat einen Räuber gleich mit den Schwerdt vom
Leben zum Todte gebracht werden V. R. W. add. l. 3.
D *§. 4.*

§. 4. ff. ad l. Jul. de vi pub. l. 1. §. 2. de extra Ord. Crim. Joh. à Sande Decis. Fris. d. 11. l. 2. t. 1. Disp. Joh. Krugs de Vener. Illic. sub Præs. Magnif. Dn. Præs. c. 4. th. 46.

De Pudicitie vim intentante

XX. Subnectitur huic aphorismo non minus utilis quæstio, An Pudicitia vim intentans jure occidi potest? Affirmat. ratio quia communis æstimatio & lex divina pudicitiam, vitæ adæquant, Hugo Grotius l. 2. de J. B. & P. c. 1. n. 7. Janus Klenchius in suis utilissimis Instit. Grot. l. 2. n. 23. c. 1. Itaque Paulus Jctus dicit l. 1. C. unde vi las. Pudorem tali facinore recte defendi. Et Chariclea apud Heliodorum talem interfectionem vocat: Ἀμύνης νόμον τῆς εἰς σωφροσύνην ὑβρεως, h. e. Justam defensionem ad arcendum Injuriam in castitatem. Huic γαῖν, quod ajunt, ἀμφοῖν largitur Augustissimus Patrum Augustinus l. 1. de libero arbit. Lex, ait, dat potestatem vel viatori ut latronem ne ab eo ipso occidatur, occidat, vel cuiquam viro aut foemina ut violenter sibi stupratorem irruentem, ante, aut post illatum stuprum, si possit, interimat.

De Alimentatione liberorum.

XXI. Nunc iterum ad rem Viduarum, pro his beneficiis, quæ vidua post mortem mariti accipit liberos alere nisi patrimonium illis dederit, tenetur, (Germanicè vocatur, mit den Kindern sich abgefunden) l. 5. §. 2. & 4. l. 8. ff. de agnos. & alend. lib. Wesenb. ad r. d. ff. n. 4. Ben. Carpz. p. 1. c. 10. d. 10. & 21. n. 1. Magnif. Dn. Præs. Ex. 30. th. 75. Si autem illis dederit, non tenetur, nisi liberè vult, sed liberi alimentationem cum pretio (germanice Kost/Gelde) solvere necesse habent, ut in Saxonia usus obtinet. Abrah. Sauer in Goldenen Flusse, p. 5. l. 7. pag. m. 347. ubi hæc verba:

Auff Entrichtung Väterlichen Habe / ist die
die

die Mutter die vernügten Kinder / mit Un-
terhaltung weiter zu versehen nicht schuldig.
B. X. B.

XXII. Quæritur etiam, An Mulier dives, *De Ali-*
si vir tam pauper esset, ut se cum liberis alere *mentatio-*
non possit, cum liberis istum alere teneatur? *ne Viri.*
Affirmatur, secundum *Expres. leg. 29. C. de Jure dot. &*
Barto. in tract. de Aliment. Col. 2. cum his concordat *Be-*
nicaf. in tract. de Priv. Paup. Quæst. 8. n. 27. & 31. inqui-
ens: Cum maritus est pauper, constante matrimonio nec
unde se alat, habet, uxor verò est dives, tenetur ex fru-
ctibus aliorum bonorum suorum, etiam ultra dotis, fru-
ctus virum suum cum filiis communibus alere.

XXIII. Porrò quæritur, An sub alimentis *De Ali-*
etiam sumptus ad studia & ea, quæ ad disci- *mentatio-*
plinas spectant, comprehendantur? quidam *ne Studii-*
volunt *arg. l. 4. ubi pupillus educ.* quidam negant: de qua *forum.*
re latius videndus in *Jurisp. Mag. Dn. Præles l. 2. t. 24.*
aph. 15. de legatis.

XXIV. Iterum quæritur, an mater vidua
sumptus studiorum repetere possit? Negat.
l. 11. C. de Neg. Gestorum. l. 50. ff. Fam. Hercif. Arg. l. 11. Dn.
B. Richter ad auth. habit. C. ne fil. pro pat. disp. 46. num. 7.
Mag. Dn. Præles l. 2. t. 32. aph. 9. de Div. Hered. Excel. Dn.
Bechmann. in tract. de Priv. Stud. C. 7. n. 9. Cui pollicem
premit *Carpzov. p. 1. c. 11. d. 17.* hoc præjudicio: Die jent-
gen Unkosten aber so auff Studiren gewendet werden/
D 2 möget

indget ihr in gemeiner Erbschaft zu conferiren bestän-
diger Weise nicht angehalten werden/ **V. N. W.**

*De satisfac-
tione
propter
bona Pa-
rentum.*

XXV. Sciendum etiam est, quod vidua mater, ut in plurimis locis prudenter statutum est, non secundas nuptias inire ac celebrare debeat, nisi prius prioribus liberis ex priori matrimonio extantibus, satisfecit (quod etiam germanice vocatur **mit ihm abgefunden**) his liberis postea bona defuncti (patris matrisve scilicet) successio in illa bona debetur, adeoque si impuberes fuerint minoresve tutores vel curatores sunt constituendi, Carpz. *Jurisp. Consist. l. 2. d. 172.* Mag. Dn. Præs. in *Jurisp. l. 1. t. 7. aph. 6. de Nuptiis.*

*De Jure
Fori.*

XXVI. Ultimo loco etiam antequam hoc caput ad umbilicum perduco dicendum est de Jure Fori. Eorum autem Jurium magna copia est, ideoque notabiliora tractare volo. Quemadmodum igitur foeminae in judicio omnino opus habent curatore ad litem, sic in negotiis extrajudicialibus jure quidem communi Saxonico Virgines & Viduae opus non habent, ac absque curatore omnia valide agunt. Magnif. Dn. Præs. in *Jurisp. l. 1. t. 28. aph. 4. de alijs Curat. Land Recht. l. 1. Art. 45.* Etiam laudatus Carpzovius exceptionem quando contractus à vidua ac muliere validus est sine curatore tractat, qui videndus, *p. 2. c. 15. d. 6. & seqq.* ubi eruditè differit.

*De Jure
in Camera
Imperiali.*

XXVII. Viduis etiam & pupillis concessum est litem in casu denegatae & protractae Justitiæ, ad Camera Imperialem perviam appellationis devolvere, & hoc non procedit tantum in pauperibus viduis, ut plerumque volunt *Alex. in l. 1. n. 15. ff. Sol. Mat. cum alleg. ibid.* sed etiam in divitibus. *Roland. Con. 76. n. 34. cum seqq. vol. 1. incip. plurib. ex caus.* Quia non divitiæ sed conditio viduitatis ac æquitas consideranda sunt: Nam hujusmodi personæ
solent

solent cōmuniter premi, & ideo principi maximè convenit eas contra omnem injuriam & molestiam tueri. *text. in l. un. C. quando Imper. c. c. Add. Gail. l. i. c. i. n. 40.* qui latius de hac re & acutè tractat. Et hoc optime callebat Imperator Ferdinandus Primus, nam cum videret, quod unus ex ambactis suis aulicis viduam miseram & quæ cum paupertate habebat commercium, quæ supplicibus precibus ab Imperatore aliquid impetrare cogitabat, manibus rejiciebat, ad istum in hæc verba erumpebat: Si Miserabiles Personas audire negligimus quando ad nos miseriam suam devolvunt, etiam DEUS iterum si ad eum miseriam nostram devolvimus, non nos auditurus est. Hæc Imperatoris (ut Lansius *in Orat. i. de Utilitate ac Præst. Hist. in Mantis. p. m. 280.* ait) vox ad vitam est pulchra egregia, digna profecto, quam omnes ad rerum gubernacula sedentes animo imbibant, sequantur & sanctè ut Palladium olim Romani asservant, secumque ferant in Sepulchrum.

XXVIII. Etiam alia jura illis competunt plura, quæ ipsa tantum abest, ut voluminum ex professo tractantium laborem inopia ut potius ex tanta librorum Sylva quæ præcipue in hanc angustam chartæ planitiem congerenda sint, deliberandi spaciū exorare teneat.

CAPUT III.

Jus Viduarum Nobilium

in Specie.

Aph. I.

His feliciter peractis verbis magni illius Justitiæ Magistri rigidiq̄ue æquitatis satellitis (Judicio Mag. Dn. D. Nicolai

D 3

colai

colai Christoph. Lynckeri, Jct. & Antecess. hujus Salana
famig. in eleg. diss. sua pro loco, de Beneplacito Sect. 2. c. 1.
§. 1. sub asterisc. 3.) Aristotelis utor & dico: μεταβαίνω ἐκ
γένους εἰς γένος, h. e. ab uno tractandi genere ad alterum
transitum facio, & nunc de Jure Viduarum No-
bilitium dissero.

De Dota-
litio,

II. Illæ viduæ autem statim post mortem mariti
hoc jure gaudent, ut in omnibus mariti domiciliis, si
plura habuerit, conveniri possint, nisi unum eligant, ibi-
que cum familia habitent tenendo focum & ignem, vel-
uti in eo loco, quo DOTALITIUM (germanice *thyrLeibge-
dinge*) constitutum habent, quo casu in eo loco solum forsi-
tur domicilium. Magnif. Dn. Præles *Ex. 9. th. 28. item Synt.*
3. Feud. c. 14. aph. 11. & in Jurisp. l. 1. t. 8. aph. 8. de Donat.
item l. 2. t. 28. aph. 29. de Codicil. Joh. Zang. tr. de Except.
c. 1. p. 2. n. 98. & 99. Carpz., l. 2. resp. 21. n. 18. & 19. Neüenb.
d. tr. M. 2. sect. 4. & seqq. p. 43. & seqq. add. Disput. de
Philall. p. 59.

III. Quæritur, An ad dotalitiu in re
feudali constituendum, consensus agnato-
rum simultaneè investorum, necessarius sit?
& videtur dicendum quod sic *per gl. in Land. R. C. 31. vol.*
2. n. 2. ubi: Ihr solt wissen / daß ein Leibzucht
oder Leibgedinge sey eine Gabe die der Mann
seinen Weibe thut / oder giebt an Früchten oder
Zinsen (es wären denn Fahrende Gabe) die er
mit der Erben Verlaub und Bewilligung ge-
ben und mit des Herrn Willen bestätigen muß /
qua

que descriptio placet *Beust. de Jure Connub. p. 3. cap. 9. de Dotalitio. & aliis quos citat Neuenb. d. tr. m. 2. f. 6. pag. m. 53.*

IV. Præter Geradam consequitur ex bonis defun- *De Dote*
cti mariti. (1.) Sponsalitiã largitatẽ (germanice *& Cibariis*
die Morgen-Gabe) hac autem est donum quod ma-
ritus nova nupta, altera nuptiarum die mane & ante pran-
dium offert, e. g. catenæ aureæ, uniones & alia clenodia,
Dn. D. Zigl. in not. ad Hug. Grot. l. 2. c. 2. de J. B. & P. (2.)
Cibaria domestica (germanice *Mußtheil*)
hac sunt res cibaria, quæ triginta diebus elapsis post obitum
mariti vidua conceduntur & una pars tantum, altera au-
tem heredibus ab intestato dantur. Dn. D. Richter tr. de
Success. Sect. 4. m. 3. d. 51. (3.) Dotalitium in bonis
Feudalibus constitutum vel constituendum.
Vid. Dn. Magnif. Præses Synt. 3. F. c. 14. aph. 9. & seqq. idem
Jurisp. l. 2. t. 28. aph. 29. de Cõd. add. Neuenb. d. tr. m. 2. f. 2.
per tot. p. 31. & Abraham Sauer. in *Goldnen Flüsse. c. 40.*
Part. 5. Const. 32. p. m. 372. ubi in multis locis erud.

V. Si autem vidua magis à Sponsalitiã *De Majo-*
largitione & cibariis sumpserit quam par est, *ri Sumpti-*
quomodo res procedit? Respond. Vidua in- *one.*
ventarium struere & juramentum præstare adstringitur,
quod non magis, quam in inventario posuit, sumpserit;
si autem magis sumpserit, restituere oportet. Nam ita
citatus Sauer eodem loco:

Und wenn sie hätte mehr / denn zur Gera-
de und Morgen-Gabe gebühret / genommen /
so

so müſte ſie auff der Erben Erfodern derowegen ein Inventarium vorlegen / oder in Mangel vermittelſt eines Eydes / was und wie viel ſie zu ſich genommen / außſagen und nach Gelegenheit Erſtattung thun. *B. X. B.*

De Fructibus post mortem mariti.

VI. Quæritur etiam, an isti fructus, si non ante trigessimum diem post mortem mariti collecti, etiam viduæ nobili cibarium loco dentur? Negat. Sic ante citatus autor ibid. statuit:

Wie wohl zum Muſttheile alle gehoffte Speiſe / ſo nach dem 30ſt. übrig / gehöret / und die Frau / ſo von Ritters-Art iſt / daran den halben Theil haben ſoll / dennoch aber ſo gebühret der Frauen ſolches alleine von dem / welches zur Zeit des Mannes Abſterben in ſeinem Hofſe oder Behauſung geweſen / und darum / wenn Wein / Korn / oder anders / ſo zum Muſttheil gehöret / bey des Mannes Leben noch auff den Felde geſtanden / und noch innerhalb den 30ſt. einkommen / ſolches gehöret den Erben alleine / und hat ſich die Frau daran keines Muſttheils anzumassen. *B. X. B.*

*De Hordeo
Lupulo, &
frumento.*

VII. Ultimo loco quæritur, an Hordeum, Lupulus & Frumentum etiam ad cibaria spectant?

SPECTANT ? Quidam putant, quia ad cibum ac potum sunt necessaria, quidam negant, quia non omnia eduntur, sed aliqua pars iterum seminatur, ac partim pecudibus relinquitur, ideò ut in communem heredum portionem veniat, est quod volunt. *Carpz. supra laud. & cit. Autor.* Et alii qui ex professo de hac re tractant, quibus postremis etiam assensum meum accommodo.

CAPUT IV. Jus Viduarum Pastoralium.

Aph. I.

Nunc ut Jura Viduarum Pastoralium ultimo loco tractem, est quod necessitas ac occasio jubet, eorum autem jurium magna caterva mihi ante oculos versatur quorum primum hoc pono:

II. Quemadmodum omnibus viduis usus ædium post mortem concessus est; sic etiam illis præprimis & quidem USUS PAROCHIE (germanice *der Pfarrs Wohnung*) quod non solum in nostris territoriis, sed etiam in Archi-Episcopatu Magdeburgensi in Marchia Brandenburgensi & in aliis regionibus ritè observatur: Nam ab Illustrissimo Principe Augusto hoc beneficio donatæ sunt, ut per semestre spacium domicilio omnibusque redivis ad tempus fruantur, quod aliter vocatur Dimidius Gratia Annus sive Salarium semestre

Das Gnaden halbe Jahr. *Carpz. p. 2. c. 4. d. 11. Latus in Jurisp. Consist. l. 1. c. XII. ubi in multis definitionibus & hoc exprimit die Fürstliche Magdeburgische Kirchen- & Ordnung*

*De Usu
Ædium.*

*De Anno
Gratia dimidio.*



Ordnung daselbst. *zit.* von Freyheiten der Prediger.
S. 14. *verb.* Wie sie denn auch ein halbes Jahr nach ih-
res Vaters und Ehe-Mannes Absterben / sollen in der
Pfarr-Wohnung gelassen / die Auf- und Einkünfte ih-
nen gegeben / und ihr hier zwischen das Predigt-Ampt
durch die benachtbarte Prediger versorgen wäret. *add.*
Finckelth. de Jure Patro. Eccl. c. 6. num. 93 Disp. Job. Mich.
Schulzgens sub Pras. D. Job. Heinr. Böttichern. 1b 23. de
Jure Cler. Quod Privilegium etiam solis liberis non exi-
stente vidua tribuere solent. Carpz. ov. Jur. Eccl. l. 1. d. 208.
num. 8.

*De Emi-
gratione.*

III. Si dimidius Gratiae annus est finitus tunc sar-
cinolas colligere & emigrare tenentur, & hoc calculo suo
comprobat ad ravim usque citatus *Carpz. p. 4. c. 27. d. 4.*
n. 7. cum ita scribit: Ob nun wohl die Geistlichen Per-
sonen besreyhet seyn / so haben doch ihre Witwen / wenn
sie nach ihres Ehemannes Absterben dergleichen Häuser
bewohnen / solcher Freyheit / weil selbe allein den Geistli-
chen wegen ihres Amptes vergönnet sich zu gebrauchen
nicht befugt. V. R. W.

*De Fru-
ctibus Pa-
storalibus.*

IV. Hic non sicco pede prætereundum est
monstrare, quomodo res se habeat (quia in
pagis accuratissimè observatur) circa fructus,
si pastor paganus tres septimanas ante Festum
Michaëlis moriatur? Hoc clarè demonstrat
Carpz. in Jurisp. Consist. l. 1. c. 12. d. 183. ubi Consil. supr. Lips.
*hoc decisum refert: Ist Zacharias Schröter zu Zieg-
heim vergangenen 1607. Jahre 3. Wochen vor Michaelis*
verstorben / so hat desselben Jahres Pfarrliches ganzes
Einkommen auff seine hinterlassen: Witwe und nächste
Ereben

Erben als seine verdiente Besoltung gebracht und vererbet: Aber des folgenden Jahres vollständiges Einkommen von Michaelis Anno 1607. bis 1608. wird zwischen des verstorbenen Pfarrers Wittwen oder Kindern ihre Begnadigung wegen und den neuen Pfarer zu gleich getheilet. B. N. B.

V. Notandum etiam, quod non solum in nostris *De Filiabq*
locis, sed etiam in aliis ut de moribus Marchiæ, Pomera- *Pastora-*
niæ, Ducatus Mægapolitani testatur *Finckelth. c. l.* Viduæ *libus.*
& Filia Ecclesiæ Ministrorum singulari hoc privilegio
sunt beatæ, ut ambiens Parochiam vacantem non aliter
ea fungi possit, nisi unam ex illis in uxorem duxerit.
Quod non absque causa rationabili fieri docet. *Carpzou.*
de cad. 1. p. 9.

VI. In terris Saxonice etiam illis hoc beneficium *De Fisco.*
conceditur, ut, si mortuus vir in Fiscum partem suam
quotannis contulit postea post mortem mariti ex illo
quingenta thaleros (germanicè *Witwen*
Geld vocatur) recipiat, quod non solum Pasto-
ralium sed etiam Ludi magistrorum viduæ accipiunt.

VII. Nunc etiam est quærendum quia viduæ istæ *De Censu*
tam multis privilegiis gaudent, an etiam censum *Emigra-*
emigrationis (germanicè *Abzug = Geld /*) *tionis.*
solvere, si cum supellectile ad alium locum
emigrant, debent? Negat. Quemadmodum
omnes res pastorales à vectigale immunes ac exemptæ,
sic etiam earum res. *Schnob. disp. 25. §. 8. quod etiam ordi-*
natum est Fürstl. Magd. Kirchen-Ordnung. §. 7. verb.
segg. So sollen sie auch frey seyn von allen Abzuge der
Erbschaft; Fülle / so ihnen oder ihren Weibern und
Witwen

Wittwen in andern Gerichten zu fallen und absterben/
ob gleich sonst dieselbe gebräuchlich wäre. *B. R. W.*
Quam immunitatem etiam Professoribus competere
plurimarum Academiarum, exemplo confirmat *Ernestus*
Cotbmann. Resp. Acad. 19. sed hic respiciendus mos cujus-
que loci. *Add. Disp. cit. de Jure Cler. tb. 10.*

VIII. Ultimò quæritur an illud Privile-
gium leg. Unic. C. Quando Imper. &c. &
alia omnia quæ recitavi, competant tantum
pauperibus viduis & pupillis, non autem di-
vitibus vel etiam miserabilibus personis, quæ
propria culpa, luxu & similibus ad pauper-
tatem devenerunt? Respond. Affirmativam
sententiam defendunt *Covarruv. pract. quest. cap. 6. n. 2.*
vers. secund. Ant. Thesaur. Decis. Pedemont. 177. n. 3. Con-
trariam autem & probabiliorem quod viduæ pauperi
hoc beneficium solum indulgeatur, non diviti nec luxu-
riose viventi, *Speculas. Jason. Marant. Mascard. de Prob.*
Concl. 1064. n. 3. & Marant. dist. 9. n. 195. Ruland. à Valle
Conf. 20. & alii quos recenset ubi de hac re acute tract.
Paul. Christi: vol. 3. decis. Belg. 141. n. 4. & seqq.

*De Vidua-
rum omni-
um luctu.*

IX. Antequam autem hanc materiam de viduis
relinquo, reliquum est ut ἐπιτάφιος loco de luctu vidu-
arum omnium aliquid moneam, Quæritur igitur
quam diu vidua in luctu esse debeat? Respond.
Veteres primum Romanos uxori decem menses ad lu-
ctum permisisse patet ex *l. 2. C. de Secund. Nupt. & Nu-
men Præridum Ovidius. l. 1. Fast. Distich. 18.*

Per

Per totum (bis quinque scil.) menses à funere
conjugis uxor.

Sustinet in vidua tristitia signa domo.

Add. Goth. in not. ad l. 15. C. ex quibus caus. infam. irrogas. Brunnem. ad l. 1. C. de secund. Nupt. quia si vidua ante nuptias quam luctus defluerat, in famia nota fuit, l. 1. §. 8. ff. de his qui not. infam. Apud nos autem totum annum expectare antequam ad secunda vota progrediuntur, debent, ratio ne turbetur sanguis. l. 11. §. 1. ff. de his qui not. infam. neque generationis sit incertitudo. l. 53 ff. de Episc. Cler. Magnif. Dn. Præses Jurisp. l. 1. §. 7. aph. 6. de Nupt. Hugo Gröt. l. 3. de J. B. & P. c. 4. §. 2. item l. 1. c. 17. §. 10. Carpzov. Jurisp. Consist. l. 2. d. 172. Diss. cit. de Philallia. p. m. 60. 61. & 62. item p. m. 48. Add. Ord. Elect. de anno 1674. punct. 5. §. 1.

Was endlichen Witwer und Witwen anlanget / so anderweit zur Ehe schreiten wollen / erfahren wir / daß etliche ihre abgstorbenen Ehegatten allzeitlichen vergessen / und mit Vergernis wiederum zum Ehestande eilen: Junct. verl. So wollen wir daß ein Witwer hinfort zum wenigsten ein halbes Jahr / eine Witwe aber ein ganges die Trauerzeit halten / und für Ausgang desselbigen sich wieder zu verehlichen / oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben soll / B. N. B. Et hæc de Viduis dixisse sufficiant.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

E 3

PARS

PARS II.
DE PUPILLIS.

CAPUT I.

Pupillorum Onomatologia ac Jus
eorum Tutelæ.

Aph. I.

De Pupil-
lorum
Onomato-
logia.

Q Vemadmodum Histriones peracta una scena alteram Spectatoribus ante oculos ponunt: Sic etiam, (quia in præcedenti parte Jura Viduarum demonstravi, nunc mea mens est etiam JURA PUPILLORUM in hac sequenti ante oculos unicuique ponere. Incipiam autem statim ut methodus rei postulat ab Onomatologia. PUPILLUS autem (ut paucis me expediam) unde & PUPILLA, videntur hæ voces Doctoribus à PUPUS vel à PUPA veluti perdiminutionem deductæ, quamvis à primitivorum significatione non nihil degenerent, ut testatur Hieronymus, item Calepinus in Lex. pag. m. 949. & alii.

Synony-
mia.

II. In Hebraicis & Sacris vocatur pupillus פּוּלְלָא Dev. c. 10. v. 18. Exod. c. 22. v. 25. Jesa. c. 19. v. 1. à radice פּוּלַל residuum relictum Boxt p. m. 342. Cald. פּוּלְלָא vel פּוּלְלָא Arab. پولل vel پولل Pupillus, Orphanus, carens patre & ab omnibus destitutus. Schind. cit. lex. p. m. 821.

III. His depositis, statim sine longis verborum ampullis ad ipsa Jura viam meam instituo. Illis autem
mox

mox post mortem parentum dominium plenissimum in omnia bona non solum conceditur; sed etiam à magistratu ex officio (quia propter aetatem non res suas administrare ac se defendere possunt) tutores ac curatores habiles tam Jure Civili quam Jure Saxonico dantur, §. 1. 1. de Tutore. l. 1. pr. cod. Arg. l. 1. de Jurisd. vid. Decis. Elect. Sax. 41. Magnif. Dn. Præs. l. 1. t. 20. aph. 2. qui pet. tut. & cur. add. Ord. in Pol. de anno 1577. t. 32. §. So wollen wir / daß denen Pupillen und Minder Jährigen Kindern iederzeit biß sie zu ihren vogtbahren Jahren kommen / Vormünder und Vorsteher gegeben werden.

De Datio
nei Tuto-
rum.

IV. Quæritur igitur, an pupillus curatorem vel tutorem quemcunque vult & ex quacunque indiscriminatim jurisdictione petere possit? Respond. Curatores & tutores prohibitu sibi ipsi petere potest. l. 2. §. fin. qui Pet. tut. sed solum in loco unde ortus est, vel ubi maximam partem bonorum suorum habet. l. un. c. ubi pet. tut. & curat. Mag. Dn. Præs. in Jurisp. l. 1. t. 20. aph. 3. & 5. de Curat. & tutor. Gutirez. tract. de tut. p. 1. c. 16. add. Frantzck. l. 1. resol. 17.

De Petitio-
ne Tuto-
rum.

V. Quid autem si nullum curatorem nec tutorem velit, quæritur ulterius an vi cogendus sit? Respondet Magnif. Dn. Præs. cit. loc. hunc in modum:

Coguntur verò aliquando ut petant, si velint

velint sibi solutum, si rationes à tutore fuerint reddendæ, & si in Judiciis ipsis sit comparandum. Monentur igitur ejusmodi casibus, ab altera parte, ut petant; quod si cesserit ipsa altera pars petit. *l. 1. l. 7. C. qui pet. tut.*

VI. Quia Pupillus in omnibus rebus tutoribus & curatoribus opus habet, quæstionem moveam AN etiam in quibusdam casibus sine tutore ac curatore vel ejus auctoritate esse possit? Ad hanc quæstionem ita respond. *Gl. hic in §. neque tamen super verb. &c.* Nec nullam constituendo regulam, quod pupillus regulariter non potest esse in Judiciis, neque civilibus neque criminalibus sine auctoritate tutoris: ratio ne patiatur aliquod damnum, ut dicitur in *l. 4. C. qui pet. tut.* nec ex sua imperitia vel Juvenili clarè aliquid vel dicat vel taceat &c. LIMIT. autem si actum vel pronunciatum sit in favorem pupilli & si meliorem conditionem fecit; nam tunc sententia lata pro pupillo vel minore valet, etiam si tutoris vel curatoris auctoritas non intervenit. Etiam sine tutoris auctoritate porro validè contrahere potest, nimirum, si donatione locupletior factus. *Pr. Inst. de auct. Tut. §. ult. l. quibus alien. licet vel non l. 28. de Pact. & alia plurima leges. Mag. Dn. Præl. in Jurisp. l. 1. §. 22. aph. 2. Schneidervv. ad Inst. l. 1. §. 20. & 21. de auct. tut.*

De Aucto-
ritatis Tu-
torum ac
Curatorū
sine.

VII. Finitur autem tutoris & curatoris auctoritas (I.) FINITA. PUBERTATE e.g. Si vel majorennis fiat, quod Jure Civ. post. 25. Jure Sax. 21. *Inst. l. 1.*

§. 23.

*l. 23. pr. de curat. (2.) Si jus veniæ ætatis à princi-
pe impetrant. l. 1. Inst. t. 23. quibus mod. tut. fin. l. 1.
C. de his qui ven. atq. impet. Mag. Dn. Præs. l. 1. t. 23. aph. fin.
de curat. (3.) morte tum Tutoris tum Pupilli.
§. 2. d. t. Inst. (4.) elapso conditionis aut temporis
MODO. §. 2. & 5. l. cod. tit. Mag. Dn. Præs. cit. loc. l. 1. t.
26. aph. 2. & 3.*

VIII. Ultimo loco competit Pupillo actio tutelæ *De Acti-*
directa, si tutor res pupilli malè administraverit, vel si *one.*
suspectus fuerit; qua pupillus contra tutorem experitur,
ut res juxta inventarium restituat, rationes reddat & re-
liqua solvat & damna præster. *l. 1. ff. princ. §. 1. & seqq. de
tut. & rat. distract.* & quidem ut æquitas consulatur, ra-
tio à tutore reddenda est in loco ubi gessit tutelam. *De-
cis. Elect. 36. vid. Hugo Grotius in l. 2. de J. B. & P. c. 17.
n. 2. Magnif. Dn. Præs. l. 1. t. 27. in tot. de Actio. rat. tut.
& omnes tit. de Tut. Ubi latius & eruditè differit. Etiam
hoc jus eorum in sacris postulat, quod vide. in præcedent-
part. 1. de Viduis c. 2. aph. 2. hujus mea Disput. Imò Deus
ipse eos vehementissimè punire vult, & punivit, qui bo-
na pupillorum dilapidaverunt, tum muribus tum aliis
flagitiis & damnis: Sicuti diram murium carnificinam
divinitus jussam passus olim fuisse creditur Polonus Miec-
zeslaus, Dux Cujaciæ, qui inopum pupillorum ac vidu-
arum bona injustè diripuerat, (referente mellitissimi
Oris Oratore Thoma Lansio in Orat. contr. Pol. p. m. 301.)
& alios plures de quibus *Orator meus μεγαλοφωνότατος ΛΟΙ-
RISECA, qui in nostro seculo paucos pares habet in Orat. de
Encom. Murium Marpurgi Memoriter recitata. p. m. 176. in
qua elegant. verba facit. Add. Erud. disp. de Damno Murium
Christ. Krügers sub Præs. Mag. Dn. Præsidis.**

F

CAPUT

CAPUT II. Jura Eorum Alia.

Aph. I.

Quia Pupillo etiam alia Jura sunt quibus gaudet, incumbit igitur mihi, hæc, in hoc secundo capite quasi in marmorea tabula unicuique ostendere ac demonstrare, ideoque statim notabiles quasdam quæstiones de eorum jure ventilabo, quia sæpissimè talismodi casus mox hic, mox alibi evenire solent.

De Homicidio & Furto à Pupillo commissis.

II. Quæritur igitur primo, An Pupillus propter homicidium, furtum, & alias res capitales poena ordinaria afficiendus sit? Negat.

Quia talis ætas ignorat quicquid facit, ideo Doctores ita communiter distinguunt: aut pupillus infans sit aut proximus infantia & ex delicto furto, homicidio vel alia re non obligatur ad poenam statutam *l. 12. ff. ad leg. Cor. de Sicc.* ubi expressissimis verbis dicitur: **INFANS ET furiosus si hominem occiderit lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocentia consilii, alterum fati infelicitas excuset.** *l. 14. ff. de offic. pref. add. Gail. l. 2. O. 110. n. 31. 32. & 33. Jul. Clarus in Prax. Crim. §. fin. quest. 60. n. 2. & 3. lazius Schneidew. ad Inst. l. 1. v. 21. de Auct. Tut. n. 15. & seqq. Excellent. Dn. D. Peter Müller. Antecess. hujus Salana famigerat. Dn. meus Patronus ac Præceptor multis nominibus cotendus in Disp. de eo, quod justum est circa misericord. c. 3. & 4. th. 13. 14. & 15.*

Et is. cum his concordat Ord. Crim. Auth. 65. l. 2. ubi dicitur:
Kein Kind mag unter seinen Jahren was thun / daß es
sein Leben mit verwircken kan / erschläget aber ein Kind
einen Mann / sein Vormundt soll es bessern mit einem
Wehe / Gelde.

Huc pertinet; etiam illud Lucani:

Sed parcimus annis donamusque nefas.

III. Porro quæritur, An Pupillus tenea- *De Com-*
tur commodati causa? etiam Negatur, *modato.*
nam ita negativam sententiam defendit Ingeniosissimus
ille Juris-Consultorum Baravus Hugo Grotius *in l. 2. de J.*
B. & P. cap. 10. num. 2. §. 2. cum scribit: PUPILLI
non tenentur commodati secundum leges
Romanas, tamen utilis actio dabitur si pu-
pillus locupletior factus sit. *add. l. 1. §. 2. item*
l. 2. commod. vel contr.

IV. Ex legibus notum est, quod aliquis jus ser- *De Servi-*
vitutis amittat, Quæritur igitur ultimo loco, AN PER *tute.*
negligentiam tutoris ac curatoris vidua vel
pupillus illud amittant? Negat. Nam hoc vult
l. 10. ff. quem ad Serv. amitt. quando Ictus Paulus dicit:
Si communem fundum ego & pupillus haberemus: licet
uterque non uteretur, tamen propter pupillum & ego
viam retineo. Ita etiam in usucapione proceditur.
l. 48. ff. de Acq. rerum Dom. l. 3. C. de Prat. Et Cicero *lib. 1.*
ad Atticum ait: Mirabamur te ignorare de tutela legiti-
ma (in qua dicitur esse puella) nihil usucapi posse. *Add.*
Magnif. Dn. Præses l. 2. t. 9. aph. de Usucap. item l. 2. t. 7.
F 2 *aph. 4.*

aph. 4. quomodo servit amit. Ubi prolixè. Nos autem
eorum jure recensito, pedem hic figimus.

Finis partis secundæ.

PARS III. DE PAUPERIBUS.

CAPUT I.

Pauperum Onomatologia ac Jus
Sacrum.

Aph. I.

SI persona est quæ jure miserabilis vocari potest, profes-
sio est pauper, & ideò optimè huc quadrat versiculus
ille Scholasticus proverbialis:

Conveniunt rebus nomina saepe suis.

Quia ergo nunc de talibus personis jam mihi res est, ideò
de Pauperibus nunc in hac parte tertia tractare in ani-
mo habeo, incipit igitur Aph. II. de Onomatologia
eorum.

De Ono-
matologia

II. De PAUPERUM non attinet ONOMATO-
LOGIA multa dicere, notum est enim, quod PAUPER
Varrone lib. 4. à PAUPULARE Josepho Scaligero à græco
παυρος i. e. paucus dicitur Beckman. de Origine lat. ling.
pag. m. 300. Hinc Romani nominis & Sapientia magnus ille
Sol (ut cum Lipsio loquar,) Seneca Epist. 20. Nemo, in-
quit, nascitur dives quisquis exit in lucem, missus est lacte
& panno esse contentus.

III. Si

III. Si pro more meo incepto pergo & lexica Ori- De
entalia inspicio, Heb. vocatur אֲפִיקָרִים pauper Afflictus sacris.
Is. 105. v. 14. à Rad. אָפַר vel אָפַר vid. Boxt. in lex. cit.
pag. m. 226.

IV. Quia quomodo in sacris pauper usurpatur Jure.
vidi, ideò etiam de Jure ex sacris differere volo, quo à
DEO beatus est. Nam ita dicit misericordissimus Deus
Zach. c. 7. v. 9. & 10. Judicium verum judicate, miseri-
cordiam & miserationes facite, & pauperem nolite ca-
lumniari. Item Proverb. c. 72. v. 16. Qui calumniatur pau-
perem, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori, & ege-
bit. & v. 22. & 23. Non facias violentiam pauperi, quia
pauper est, neque conteras egenum in porta, quia judi-
cabit Dominus causam, & configet eos, qui confixerunt
animam ejus. Et Amos. c. 11. & 12. Id circo, pro eo quod
diripiebatis pauperem & prædam electam tollebatis ab eo:
Domas quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in
eis: Vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vi-
num earum, quia cognovi multa scelera vestra & fortia
peccata vestra: hostes justii accipientes munus & paupe-
res deprimentes in porta & iterum. Prov. 21. & 13. qui ob-
ruat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clama-
bit & non exaudietur.

CAPUT II. Jus Pauperum in Genere.

Aph. I.

Postquam Jura ex sacris reliqui ad eorum Jura Civilia De Jure
devenio & quidem statim ad JURA FORI. Quam- Fori.
vis

F 3

vis Pauperes expresse prohibebantur secundum *l. 10. ff. de Accusat.* attamen hodie non tantum admittuntur in iudiciis, sed etiam summis & præstantibus privilegiis viaticati sunt, ideò rectè scribit *ad d. l. unus optimorum Corporis Juris interpretum Gothofredus lit. X.* Paupertas hodie non repellit ab accusatione pauperè honestæ fidei ac vitæ. Quidque magis etiam æquitati est consentaneum quam ejusmodi miserabiles personas quibus sæpe non jus nec portio sed sumptus deficiunt, aliquo juris remedio sublevare. Hinc si Archiva Christianæ nostræ Religionis & omnia Bibliorum scrinia excutiamus convenientissima testimonia etiam legimus. Nam *in Prov. c. 14. v. 31.* dicitur: Qui miseretur pauperis, Deum honorat. & *Eccl. c. 7. v. 35.* Pauperi porrige manum tuam ut perficiatur benedictio tua.

De Advocatis.

II. Inde etiam in legibus graves sunt constitutæ poenæ in Advocos & Procuratores, qui pauperes relinquunt, quippe tales possunt officio privari. *l. 9. C. de Possul.* ubi, si quis vero monitus à iudice ea excusatione quæ nequeat comprobari, cuicumque parti patrocinium denegaverit, careatque foro: Sicut etiam nunquam sibi ad agendum copiam posse restitui. *Vid. Erud. Tract. de Priv. Paup. Corn. Benincassii Q. 7. n. 9. ubi prolixè omnia eorum jura recenset. add. Disp. Conrad. Junckers de Priv. Paup. sub Pres. Excel. Dn. D. Bechmanni. arth. 1. c. 2.*

De Magistratu.

III. Nec Magistratus pati debet causam pauperum relinqui desertam, sed planè, si nullum superest remedium opus pium facit, si ex publico a rario eleemosynarum communi sumptus suppeditat, & species eleemosynæ est pauperibus patronus. *Vid. Disp. cit. ubi testim. multorum autorum reperitur. Nov. 85, c. 5.*

IV. Hac

IV. Hac occasione quæstiones quædam oriuntur *De Sum-*
primò, An Princeps vel Magistratus sive Ju- *pribus ad*
dex pauperi ad Processum ac litem (si tantum *litens.*
iste est à Pecunia nudus, ut jus suum non persequi possit)
sumptus subministrare debeat? Affirm. *Vid. de ea*
re Speckh. cent. 1. quæst. 35. de Paup. ibid. Arnold. de Reyg. sub
voce paup. num. 67. & hoc postulat Hallens. Scab. in casu
homicidii responsum hunc in modum datum:

Da Kläger aber Armuths halben / diesen
peinlichen Proceß / wieder peinlich angeklag-
ten auszuüben untermögens / und diese Sa-
che gänglich von sich stellen / und euch Ampts
halber die Sache zu vollführen auftragen wür-
de / auff solchen Fall wäret ihr auff Ampts
Unkosten / diesen peinlichen Proceß / wieder
peinlich angeklagten auszuführen pflichtig.
B. K. W.

Hic etiam locum optimè invenit Viri πολιτικῶταξ Didac-
ci Saavedræ *Symb. 40. p. m. 280. & seqq.* ubi ingeniosè pin-
xit montem qui in vertice nive est opertus, qui nivem
iterum postea in rivulos derivat, hoc dilemmate:

Quæ tribuunt, tribuit.

Quemadmodum, inquit, male non utitur nive mons, è
vaporibus agrorum & vallium congregata in supremo
ejus versione, quin in futuram servat ætatem & lensem
solutam in rivulos eosdem iterum derivat campos, à
quibus eam hauserat: Sic etiam Princeps aut magistra-
tus

cus sive iudex si beneficia à subditis collata iterum in istos derivat. *idem p. m. 291.*

De Pro-
cessu ad-
versus
Pauperem

V. Secundò, An Dives adversus paupere-
rem processum instituere jure possit? Negat.
nam commune veriverbium est Germanicum: *Wo
nichts ist da hat der Käyser sein Recht verlohren.* Quod
confirmari videtur *per l. 6. ff. de dolo malo*, ubi propter in-
opiam adversarii actio inanis dicitur. *Exemplum refert
Gothof. in not. ad l. 9. §. 5. ff. locat. cond. tit. X.*

De Me-
dico.

VI. Tertiò, An Medicus à Paupere ægro-
tanti jure, præmimum pro labore postula-
re ac sumere possit? Negat. Nam præmium
à Deo expectare debet. *Bart. in l. 9. C. de Prof. & Med. &
Gail. piè docet lib. 1. obs. 43. num. 11. 12. 13. 14.* cum dicit:
Ne pauperes ob morbos insanitatis imò vitæ quoque pe-
riculum indicant, ejusmodi privilegium constitutum est,
quo medici charitatis & pietatis debitæ moniti ægrotos
pauperes gratis curent. In ejus sententiam quasi pedi-
bus it *Jetus Hanius in notis ad Wesenb. c. 1. arth. 1. num. 10.*
cum scribit: In ejusmodi casibus sicut (si scilicet propter
paupertatem & carentiam Advocati pericilitetur justa
pauperis causa) tenetur Advocatus advocare; Sic etiam
Medicus medicari, si in simili periculo est pauperis sani-
tas. *Add. cit. Behinc. q. 7. n. 17. & 18. item Disput. de Priv.
Paup. ubi ex professo.*

De Hospi-
taliis.

VII. Ultimò, Pauperibus præter culpam suam ad
incitas redactis, & ad prospiciendum prorsus invalidis,
pro facultatibus publicorum proventuum ut Magistratus
vitæ subsidia ministret, æquissimum est, *Nov. 85. c. 5.* Nam
perfectæ justitiæ ac pietatis est opus, imbellium ac egeno-
rum

rum inopiam sublevare, orphanos alere, succurrere
iis, qui egent auxilio, *Surd. t. 1. q. 90.* Unde Hospitalia,
Xenodochia, Monasteria, Prochotrophia, Orphanotrophia,
Brophotrophia, Geantrocomica, Noscronia & alia in bene
constituta Republ. erecta conspicimus; illa nihil aliud sunt,
quam domicilia pauperum, in quæ ex pietate & commiseratione
veri tantum pauperes regulariter sunt recipiendi, qui non
habent, unde vivant, nec laborando victum & amicum acquirere
possunt. *Nothbedrängte und Armselige / gar nicht aber die Faulenzer / böse Streiffer / Landtrocken und leichtfertige Buben.* *Ord. Imp. Pol. de Anno 1548. & 1577. t. 27. §. Erstlichen Dn. D. Fritschius de Jure Hospitalium c. 4. n. 9. Add. Excel. Dn. D. Müller cit. disp. cap. 2. rh. 7. ubi latius.*

CAPUT III.

Jus Pauperum Studiosorum in Specie.

Aph. I.

QVemadmodum enim in omnibus generibus pauperes qui cum gravissima miseria colluctantur, reperiuntur, sic etiam inter eos, QVI (ut laudatissimi mei Loriscæ verba *p. m. 95.* Ceu purpuram pretiosissimam huic quamvis ignobili panno libeat asluere,) opiparis suavibusque literarum epulis ceu Sirenæis cantibus irretiti ad libros tanquam

G

ad

ad scopulos adhærescunt, Ideo cum tritum
tum verissimum perinde ac si ex Apollinis Oraculo
in Clarissima doctrina ac prudentia Viri Baudii geni-
um destillatum, quando in Epist. 83. Cent. 1. dicit:
Paupertas est perpetua studiosorum con-
tubernalis.

II. Quia verò nullus ferè est, qui magis sum-
ptus ad studia, quam studiosus necesse habet; Quod
etiam optimè calluit Atticarum elegantiarum Pro-
muscondus Lucianus quando scribit: Ἡ παιδεία δέεται
πολλῆ τῆ χρόνῳ, πολλῆ τῆ πόνης, δαπανῶν ἔσμιξεῶν καὶ
τόχης λαμπραῖς. h. e. Eruditio indiget multo tempo-
re, multo labore, multis sumptibus, & splendida for-
tuna; Hinc Principes beneficia quæ stipendia vocan-
tur, constituerunt ut iis conferentur, qui digni tam
salutari remedio probati fuerint, ut videre est *Ex Ord.*
Provinc. Seren. Duc. Sax. Ernesti p. 1. c. 7. t. 1. ubi: **Und**
wir selbst über das / von den Unsrigen / Stipendia aus
Christlicher und gnädiger Zuneigung / zu Beförde-
rung des Studierens zu conferiren pflegen. &c.

III. Præprimis autem isti voluerunt, ut horum
beneficiorum collatione gauderent pauperes & egeni
Studioſi, (nam deplorandum est, ait, Exercitatissimus
Politicoꝝ Comineus *lib. 2. comment.* cujusmodi sunt,
qui beneficium petunt, nec enim omnes digni sunt,
qui accipiunt,) quod luculenter patet *ex dicta Ord. cit.*
loc. his verbis: **Auch sollen denjenigen Stipendia so etz**
gentlich für die ARMEN gewidmet / denen / welche
so arm und dürfftig / daß sie sich von ihren eignen Pa-
trimoniis nicht leichtlich unterhalten mögen / gegeben
werden. his annectis die Fürstl. Sächsische Copurg-
sche

sche *Stipend.* Ordnung §. 3. Darneben unsre Consistoriales ihren Pflichten und Gewissen nach mit allen Fleiß zu verhüten haben/ daß nicht aus Gunst/ Freundschaft und Gabe der Reichen und offermahls zum Studiren untaugliche Kinder den Armen vorgezogen werden. *item:* Als sollen die *Stipendia* zu foderst denen Landeskindern so in unsern Landen geböhren und gezogen/ gereicht werden.

IV. Sed jam proh dolor! contrarium experientia demonstrat, quot exempla, non inquam sexcenta, prostant? Ubi neque miserabilibus neque pauperibus neque ejusdem regionis incolis studiosis ne Obolus quidem ad studia tractanda detur, ideò jure Nobilissimi Dn. Dd. Michaelis Hügeli Præceptoris (olim) & Fautoris mei æstimatissimi verba, *qua in Disputatione Inaugurali de Fide Polit. c. 7. in fine posuit mea facere possum, cum dicit: Ah scelus! atque utinam iterumque utinam, hodiè ista exempla non exstent! sed exstant, inquam, proh dolor! publicè privatimque. Pudet enumerare, nec opus est, heu quàm experti sumus? latus esset campus hic differendi, & stylus & ingenium seruiat; verum consulto desisto, neque aliquem lædo. Et cum laudado Ovveno in Epigr. 16. l. 1. rubrica, O tempora! O mores! qui sic:*

*Scaliger annessi corvexit tempora mundi:
Quis jam, qui mores corrigit, alter
erit?*

Neque me piget Lansii laudati Exemplum (quod ex Senecâ Belgicò Lipsiò in Mon. Pol. l. 2. c. ult.) in sua mantissa p. m. 78. & 79. habet, in medium proferre quando refert: Leo Græcanicus Imperator, qui Eunucho cuidam pro militibus deblateranti respondit: Utinam, dicens, meis temporibus eveniat, stipendia militum in Doctores artium absumi? Qualem exclamationem artificiosè immutavit: Utinam, inquit, utinam eveniat nostris! Sed ut mores sunt, non fiet: & nescio quo fato literæ cum honestate: & imperio exulatum abeunt in novum orbem. Ad hæc optime quadrant *Lyricorum post Horatium Principis Jacobi Balde verba, in Od. 16. l. 4. Lyric. sic sonantia:*

O ista nostro sic quoque seculo

Floreret Arbos! -- --

*De Con-
victorio.*

V. Aliud præterea genus est, quo pauperibus Studiosis in Academiis viventibus & bonarum artium ac partium alumnis subsidium afferri solet, quod Sapientissimum ac Incomparabile Principum Saxoniae Serenissimorum Oraculum & maximus Musarum Heros, Vitus Ludovicus à **Sedendorff** / Mæcenas Patronus, ac Promotor meus post DEUM Summus, Quem nunquam
fine

sine Veneratione Reverentia ac Decumã-
 tâ Laude Nomine, in seinen Deutschen Für-
 sten; Staat. p. 2. c. 14. num. 8. gravissimè deducit, &
 hoc autem vocatur CONVICTORIUM (vulgò die
 COMMUNITÄT) verba autem ejus sic sonant: Eine
 andere Guthat geschicht auch der Studierenden Jus-
 gend damit daß auff Gymnasiis und Universitäten ei-
 ne gewisse Person / Oeconomus oder Speiser verord-
 net / welcher eine ziemliche Anzahl armer oder doch
 nicht sonderlich vermögender Schüler und Studen-
 ten / um ein geringes Kost / Geld / an einen besondern
 Ort mit einander speiset / welches man die Communi-
 tät nennet / darzu denn die Herrschafft oder auch an-
 dere ehrliche Leute einen Ausschuß jährlich thun / da-
 mit dieselben Speiser ohne Schaden seyn. &c. qui
 plura de his materiis desiderat legere potest Disput. Sepi-
 us cit. de Priv. Paup. item Dn. D. Müllern cit. Diss. c. 2.
 2b. 14.

VI. Neque silentii mantello ac peripetasmate *De Scho-*
 est involvendum laudabile illud beneficium quo Scho- *lasticorum*
 lastici, qui scholas triviales frequentant, gaudent: *beneficiis.*
 Nam illis nuces relinquentibus & ultra labia lustralia
 progredientibus si apti sint, non solum, ut informa-
 tionem instituere & alios docere possint, HOSPITIA
 liberalia conferuntur, sed etiam ostiatim
 cantando ex Choro Musico sumptus colli-
 gere ac sibi comparare possunt (quod Ger-
 manice vocatur: Aus der Cantorey Chor-

3

Geld

Sed bekommen / Illis autem nucibus ludentibus, ac primoribus saltem labris eruditionis favum degustantibus, qui informationem exercere nec alios docere in potestate habent, si currendo hymnum Germanicum cantent etiam vel panes vel pecunia (quibusdam locis etiam Vestes à Magistratu annuatim, ut in Splendidissima, celeberrima ac mihi dulcissima Paterna Civitate Numburgo de qua Jure *cum solertissimo ariam Subblanditore Virgilio l. 1. Æneid. v. 535.* canere possum :

Urbs antiqua potens, armis, atque ubere gleba.

in' usu est) ex pietate ac liberalitate donantur, quos vocamus **Currentes germanicè die Current-**

Schüler. Et beneficia innumerabilia, quæ superfedeo recensere.

Finis Partis Tertiæ.

PARS



PARS IV.
DE COECIS, MUTIS, SUR-
DIS, FURIOSIS AC DENI-
QVE CAPTIVIS.

CAPUT I.

Jus earum personarum ex
sacris & moralibus.

Aph. I.

HActenus in multis Partibus & Capitibus Jura quaedam Miserabilium crassa Minerva ac rudi Penicillo depinxi, nunc reliqua est magna copia earum personarum de quibus merito etiam ut certas partes & capita componam necessitas postulat. Quia autem mens mea nunquam fuit ingentem Sylvam papyri de earum juribus struere, constitui in hac ultima parte ne pagina turgescat EARUM COLLECTIM proponere & Asiaticum hunc tumorem Latonismi sale siccare.

II. Volo igitur statim jus earum sacrum demonstrare, hoc autem *Dev. c. 27. v. 18.* demonstratur quando legimus: Maledictus qui errare facit coecum in itinere &c. & *Prov. c. 31. v. 8. & 9.* Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum, qui per transeunt: aperi os tuum, decerne quod justum & judica inopem & pauperem, & *Levit. cap. 19. v. 14.* Non maledices

*De Jure
ex sacris.*

dices Surdo, nec coram cæco pones offendiculum.
Et *Angelus terrestris cælique simul civis* Paulus *Epist. ad Rom. c. 13. v. 3.* Mementote victorum, tanquam simul victi & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.

Ex Mo-
ralibus.

III. Hoc etiam Ethnici Scriptores postularunt, nam ita scribit laudatissimus Cicero *in Orat. pro Q. Ligario.* Nulla de virtutibus plurimis, admirabilior ac gravior Misericordia: Homines enim ad DEOS nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. Nihil habet fortuna majus, quam ut possit: nec natura melius, quam ut velit servare. Et *Historicus rerum varitate elequentiaque incomperabilis* Valerius Maximus *lib. 5.* Nam & si egregium est hostem abjicere, non minus tam laudabile, infelicius scire misereri. Et Nasutissimus ille Ovidius Naso *lib. 2. de Pont. eleg. 9.*

*Regia (crede mihi) res est succurrere
lapis.*

Et hoc idem est, quod *Satyricorum Phosphorus* Juvenalis *Satyra 8. habet*

-- -- *Miserere inopum Sociorum.*

atque laudatus Saavedra *Symb. cit. p. m. 292. & 3.* ait: Attamen verò quia principem in omnes beneficum esse oportet, Auroram sibi proponat imitandam, quæ terram obeundo semper illi impertit aliquid, sed rore & flore, imò sola etiam amantitate eidem satisfacit: Ita ille det omnibus, eam tamen moderatione ut facultatem sibi non adimat dandi amplius, & contentos reddat singulos, quosdam quidem numerando re ipsa, alios verbis, spe & humanitate: Plus enim oculi dare solent,

solent quam manus. His omnibus τὴν ἀρέσκειαν pronunciat, & ad eorum salivam sapit sententia Viri grandiloquentiæ in Politicis summæ Thomæ Lansii in *Mant. p. m. 194.* quando ita sermocinatur: Quare si tibi, quisquis es divitum, si conscientiæ & animæ tuæ bene cupis; opes, quas habes in hoc seculo temporarias: divite aut relinque substantiam tuam indigentibus sanctis, relinque claudis, relinque cœcis, relinque ægrotantibus, relinque captivis: Sint facultates tuæ inopum vita. Si enim illi de tuo edent, tu saturaberis si illi de tuo biberint, tu sitis tuæ æstum ardoremque restingves: te illorum vestis vestiet, te illorum apricitas, delectabit, & porrò. Neque necesse est, ut multa testimonia in medium proferam, quia universus propemodum Gentis Apollineæ Senatus consentit.

CAPUT II.

Jus omnium in Genere.

Aph. I.

Nunc denique etiam ut promissis stem meis eorum Misericordium Jura collectim ac συλλήθην recensebo.

Quæritur igitur, an Cœcus, Mutus & Surdus consensum & conventiones celebrare possint? Affirmat. Quamquam in hac re attendenda est facultas consentiendi, quæ ab usu rationis seu intellectus & voluntatis dependet. Cum igitur

*De Con-
ventione.*

H tur

tur in cœcis iste rationis usus non deficiat, rectè illi paciscuntur. *Arg. l. 9. ff. de Adopt.* Similiter Muti & Surdi conventiones possunt celebrare ubi non opus est sermone. *l. 4. §. 1. de Pactis.* modo mentem suam per signa vel literas exprimere possint, aliàs opus est curatore, §. 4. *l. de Curat. l. 1. §. 23.* Sed aliter est in furioso & mente capto, quia intellectus & voluntas deficit à Magistratu curator constituitur, qui negotia in hac re nomine ejus expedit. *l. 5. 40. §. 189. de R. l. Add. Magnif. Dn. Præses l. 3. §. 1. aph. 10. de Jure ad rem & Oblig. in Genere.* Et hoc est quod laudatissimus Hugo Grotius *l. 1. de J. B. & P. c. 11. n. 5. de promissione vult,* quando dicit:

Primum requiritur usus rationis ideò & furiosi & amentis atque infantis nulla est promissio.

De Incendio.

II. Quæritur de furioso, An furiosus ac mente captus si causa incendii, puniendus sit quemadmodum alii incendiarii? Negatur, Nam hoc testatur Dn. Carpzov. *Pr. Crim. p. 3. §. 145. n. 21.* ubi hoc refert præjudicium: *Mens. Julii. 1631.* Ist den 20. April. jüngsthin Aden Franckens Scheune durch eine Feuers-Brunst verderbet / und es wird den Gefangenen T. F. der solch Feuer angelegt / Schuld gegeben / ob nun wohl durch vermittelts Endes abgehörte Zeugen erwiesen und beygebracht worden / daß er sich darzu bekennet und an solcher

cher Bezüchtigung nicht unschuldig sey:
dieweil aber dennoch aus seinen Reden/son-
derlich aber aus des Herrn *Medici* Bericht
so viel zu vernehmen/ daß er nicht bey rech-
ter Vernunft und Verstande gewesen/mas-
sen er denn vor dieses mahl an Ketten gele-
get werden müssen / so mag er auch mit ei-
niger Straffe nicht beleet werden V. R. B.

Non solum autem de Poena incendii, sed etiam de
omni delicto liberatus est, juxta regulam: Furiosus
nec Reipub. ex delicto obligatur nec poena aliqua te-
netur. *Vid. Johan. And. Fromman. Tract. de Jur. Sing.*
Fur. 10. p. m. 62. & 63.

III. Huc etiam quaestio quadrat, AN REGES *De Regi-*
infantes, furiosi, ac captivi, in imperio ve- *bis Furi-*
rum jus ac ejus usum habeant? *osis.* Affirmatur
Si curatorem habent, si autem nullum non. Sic Hu-
go Grotius *in l. 1. de J. B. & P. c. 3. n. 63.* Reges si in-
fantes, furiosi ac captivi, jus quidem habent, sed non
usum, nec enim exercere imperium possunt, nisi his
casibus curatores illis dentur. *ibid. Klenck. pag. m.*
18.

IV. Porrò de testamenti factione earum per- *De Surdi*
sonarum nonnulla sunt quoque addenda. *& Muri*
Quamvis *Testamen-*
regulariter propter defectum corporis inhabilem na- *to.*
tura prohibetur, mutis & surdis testamentum facere,
l. 10. §. 2. C. qui testament. fac. possunt. tamen Justini-
anus si non à natura, sed ex morbo, bello, & casu
quodammodo alio hoc malum contigerit, muto qui
scribere & surdo in loqui potest testamenti factionem

concessit, *cit. l. add. §. 2. l. 2. r. 11. de Milit. Testament.*
Magnif. Dn. Præses. in *Jurisp. l. 2. r. 15. aph. 6. de Test.*
Add. Eruditis. tract. de Cæcis, Mutis & Surdis. Basilii
Michalorii c. 27. & 32. per tot. p. m. 60.

De Tortu-
ra.

V. Hic quæro, An iste qui Mutus & Surdus simul possit torqueri? Negatur, quia non plenissimam rationem habet! & neque sua sensa exprimere neque iudicis sensa expressa percipere potest. *Vid. Brunnem. de Jud. p. 2. Quæst. 2. num. 25. Franc. Fasso de Torment. sub rubrica qua persona torq. poss. num. 4. Gomes var. resol. in tit. de iudic. c. 1. num. 69. & alii quos recenset cit. Autor Michal. in tract. qui ex professio de hac questione tractat cap. 46. per tot. pag. m. 89.*

De Jura-
mento.

VI. Iterum quæritur, An Mutus possit juramentum præstare? Negat. De hac questione Doctores magis dubitant & præcipue de Juramento ubi verba necessaria sunt, & quod principaliter dirigitur in DEUM, Form. *So war mir Gotte helffe und sein H. Wort.* Quod probat *Bart. in l. qui jurasse. ff. de Jur. Vir.* cum dicit: De Pupillo non capaci si non potest fari, non potest jurare. Quod auctores ad mutum extenderunt teste *cit. Michalor. tr. qui de eare tractat c. 48. per tot. p. m. 92.*

De Cæci
Testamen-
- 20.

VII. Sed quid de Testamento cæci dicendum? Respond. Illi non nisi observatis certis solennitatibus præscriptis testari possunt. *l. 8. C. qui test. facere poss.* inter quæ præcipuum est, ut præter septem testes etiam Tabellionem, seu ejus lo-
co

co octavum testem adhibeant. *Add. Recept. Imp. de anno 1512. Dn. Mag. Praes. cit. loc. Carpz. p. 3. c. 6. d. 5. ubi dicit: Obgleich N. N. von 7. Zeugen ein Testament oder Codicil gemacht darauff sein Potschafft gedruckt und die 7. ugen das selbe unterschrieben und besiegeln lassen / da er aber denn nach euren Bericht Blind gewesen / so wäre solches sein Testament oder Codicill aus Manglung der Solemnitäten (nemlich weil er nicht den 8. Zeugen darzu angenommen) zu Rechte nicht kräftig / B. R. W. Si autem testis octavus adhibitus, Imperat. Maxim. in Recept. ita:*

Es ist auch nicht allein eines Blinden in sein Testament / sondern auch Codicillen und andern sein letzter Wille recht solcher Form zu halten / B. R. W. *Add. cit. tract. Bass. Michalor. cap. 5. & 6. per tot. p. m. 13.*

IIIX. Nunc etiam quaeritur, An coecus ad Gradum vel Dignitatem Doctoralem admittendus sit? Affirm. De hac re late disputat *Vasq. contr. Illust. cap. 107. num. 17.* qui tandem concludit doctorari utique posse, & n quodam coeco sic observatum fuisse asserit; & movetur praecipue, quia cuilibet conceditur ad Magisterii honorem ascendere, si non reperiatur prohibitum ut *in l. Magist. Cod. de Professoribus & Medicis lib. 10. l. Unic. Cod. de Professoribus qui in urbe.* etiam quia quilibet est ad-

*De Gradus
Doctoralis*

mittendus si dignus est. Unde cum in jure non prohibitum reperiatur coecis doctorari posse, id ipsis non est denegandum. *Vid. si aliquis plura desiderat de hac materia sapius Eruditiss. cit. tract. Bas. Michalorii de Coecis Mutis & Surdis c. 20. per tot. p. m. 43.*

De Captivis.

IX. Calcis loco hujus Disputationis, partis capitisque, de Captivis aliquid est addendum. Eorum autem redemptio multum habet favoris maximè apud Christianos quibus lex divina hoc misericordiæ genus peculiariter commendat, *Matth. c. 35. 36. & 39.* ideò pie ait Lactantius *lib. 6.* Captivorum redemptio magnum atqve præclarum justitiæ munus est. Et ab Ambrosio Patre Laudatissimo: Captivos redimere, maximè ab hoste barbaro, præcipua & summa liberalitas vocatur. Imo Ecclesia ipsa in Litania canit: **Alle Gefangene loß und ledig lassen.** Et Hugo Grotius; Ornamentum, inquit, Sacramentorum, redemptio Captivorum est *in lib. 3. de J. B. & P. cap. 21. num. 23.* Huc quadrat etiam *Sublimis illius Poëta* dictum Statii, *in Thebai:*

Pulchrum est vitam donare petenti.

Et laud. Horatius *lib. 1. Epist. 16.* canit:

*Vendere cum possis captivum occidere
noli,*

*Serviet utiliter, sine pascat durus, a-
retque.*

De Hodierna Captivitate.

X. Quamquam apud nos Captivitas & Servitus sublata est, attamen captivi, fide data, tam diu, donec pretium redemptionis statutum, præstetur, serventur. vid. Hugonem Grotium *cit. loc. & Inst. Grot.*

Klenckii

Klenckii ubi in lib. 2 c. 7. n. 10. & fere cum Grotio usque ad finem in omnibus capitibus eruditissima & lectu jucundissima tractantur. & laud Guil. Grotium c. 7. §. 5. & seqq. p. m. 112. Dn. Magnif. Præsidem l. 1. t. 3. aph. fin. de Jure pers. Dn. D. Rothen. cit. Colleg. Inst. Præb. ad dict. tit. Dn. D. Müllerum cit. Disp. c. 3. th. 8. & seqq.

XI. Quia de Captivis dissero, ultimam (jam antequam filum discursus mei abrumpo,) quaestionem annexo & quaero, Quid sit Juris, si in bello Turcio Turca à nostratibus capiatur? Resp. Propter jus retorsionis captivus fit omninò servus. Mag. Dn. Præf. *Ex. 3. th. 21.* Sed quid si Christianus FIT? Respond. liber fit, quia Christianus captivus si Mahumetanam Religionem assumit, etiam liber evadit. Excel. Dn. D. Roth. *cit. loc. t. 5. de libertinis.* Et hæc de captivis.

De Captivo Turca.

XII. Aliæ etiam ejusmodi plures Miserabiles Personæ reperiuntur, quas silentio premo, nam si omnes & earum jura ex professo enarrare, tractare & enucleare conarer, item quemadmodum tempore Tyberii inopia chartæ laborem.

**Finis hujus Dissertationis,
Partis Quartæ & Ultimæ,**

Sed

Sed putabam omne me expedi-
sisse, attamen incidit mihi in
mentem annosa illa *παροιμία*:

Superflua non nocent.

Ideo quia non nocent sed magis
docent ac delectant quædam pro
more solito annecto

SUPERFLUA.

I. Titius ægrotus mortique vicinus
condidit Testamentum, & in isto heredis
loco constituit tres (quia faciunt collegi-
um, (personas. **Prima est Carni-
fex, Secunda Licitor, & Ter-
tia** *χοιρολόμος* seu Porculator;
Sed in clausula testamenti, hanc conditi-
onem annexit, quod horum Honestissi-
mus heres exasse esse debeat; **Quæri-
tur**

tur igitur qualis fit heres ?
Respond. Prima.

II. Corivalis si alterum Corrivalem
apud Amasiam offendit & istum occidit,
Pœna capitali ordinaria non est punien-
dus.

III. Virgo Vi stuprum passa, signum
virginitatis nempe Sertum, jure portare
potest.

IV. Fugiens qui impegit Sempronio
alapam, ad honorem recuperandam, à
Sempronio haud est occidendus.

V. Propter halitus fœtorem & flu-
xum Urinæ perpetuum divortium non
procedit.

VI. Dolus in Judæum non est ex-
ercendus.

VII. Manticularii & Laverniones in
Nundinis celebribus nunquam sunt tole-
randi.

I

PARA-

PARALEGOMENA

ECce B. L. ecce, inquam, & lege, hæc sunt, quæ de Jure Miserabilium pro ætatis imbecillitate & ingenioli mei tenuitate ex probatissimis juris nostri Antistibus ac aliis Autoribus, quorum ego fere plures inspexi, colligere ac enucleare volui; Uberiorem quidem & accuratiorem hæc materia demonstrationem desideraret, sed quemadmodum in magna Sylva boni venatoris est, feras indaganter quam plurimas capere, nec unquam culpæ fuit, non omnes cepisse: Sic etiam nemo Spero vitio mihi vertet, si in tanta Jurium Miserabilium Sylva nonnulla transilierim. Ideò antiquum illud distichon meum facio & exclamo:

Quæ potui feci, sed si quis
plura requirat,

Consu-

*Lanf. in
Orat. pro
Hispan. p.
m. 456.*

Consulat ingenio, qui me-
liore valet.

Hoc unicum reliquum est, quod vehementissimè rogo, si in hac mea Disputatione ad errorum scopulos per ingenii mortalis exiguitatem impegi, (impegi enim,) nam imò nemo nostrum non errat, homines sumus non Dii ait *Petron. Arbiter in Satyr. c. 42. p. m. 169.* & in proverbio dicitur: Errare humanum, ut æqui bonique consulas & corrigas. His claudo & plura non addo ne prolixitate nimia peccem, quam vale, vale igitur B. L. & vive diu felix, atque fave.

*Tuo favore desideranti ad omnia
officia paratissimo ac subjectis-
simo quem*

Nomine nosti.

Ἐπιχρηματε.

Invidiam potius; miserantis pectoris
unquam

Casibus adversis haud, *precor*, indigeas!

*Eximio Dn. ALBINO Amico suo, Disputationis
erudita Autori, gratulantem & benevo-
lum animum significaturus scrib.*

Georgius Adamus **Struve** / D.

EN! laude dignum, ALBINE, strenue Alstræ

In arte miles, Chare Fautor: Exponis

Causas eorum, sacra quos vocant Jura

MISERABILES, feliciter diserteque

Interpres haud obscurus indolis pronæ

In has misellas Indigentium mentes,

Ac *συμπαθείας* es, boni notæ cordis.

Hæc euge TU virtute made: ego grator

Haud vano haruspex omen ore laturus,

Quod hujus olim nobiles leges fructus!

*Ita Cl. Dn. Disputanti, Lectionum Juridicarum Auditori
suo Solertissimo bene scæva ergo scrib.*

Petrus Müller / D. & P.P.

Ad Per-Eximium DN. ALBINUM

Disputationis de Jure MISERABILIIUM

Autorem laude dignissimum.

JAm, miserante DEO, miserorum jura recensens

Orphanus: En post hæc non miserandus eris!

*Ita bene-omnibundus Conatibus Adfinis & Amici Dile-
ctissimi properante calamô applaudebat*

Bernh. Bergner / J. U. D. Cam. Duc. Saxo-

Ziz. Procur. ac Urb. Patr. Numb. Conf. & Synd.

Dulces ceu vario fugens è flore liquores
Colligit, & multo nectare stipat Apis.
Undique sic miseris dispersa levamina Juris
Congeris, hinc meritis præmia multa precor.

*Eruditi Dissertationis Autori Nobiliss. Dn. ALBINO
Amico & Auditori meo per dilecto, animatus
gratulatur*

Mathias Jessen, D. & Regim. Saxo-
Jenens. Advocat. Ordin.

Als ein getränkter Mensch / dem Gottes Will'
und Raht'
Mit Leid' und Kreuz' belegt / vor Recht und Vortheil'
hat /

Vor andern in der Welt / das bringt im Musen Chor'
Gar weißlich Herr Albin / mit disputiren vor.
Dahero trägt Er / zum wohlverdienten Lohn
Zu seines Nahmens Ruhm / den Ehren-Kranz davon.

Auf inständig freundliches Ersuchen schrieb dieses
zwar wenige; jedoch wohlgemeinte zu Jena
durchreisend in höchster Eil.

Georg Neumard /

Vic-Com. Palat. Cæs.

2. 3. Fürstl. S. G. samter Geheimter
Secr. zu Weimar.

Personas miseras quam trahent Jura benigne,
Illas quive favor constabilire queat,
ALBINI Docti lat. monstrant Lemmata docta;
Queis panuit dotes non sine laude suas,
Defunctique Patris pia sic vestigia calcat,
Nomen ut a serâ posteritate trahat.
Sic erit eximia Clari virtute Parentis,
Et dulcis Patria, Gloria, Lumen, Honos.

Gratu-

*Gratulor ex animo; Rector benedicat Olympi,
Ac faveant Studiis Fata benigne suis.*

Amici affectus ergo pangebatur

Caspar. Matthæus Etylenberg!

R. Capituli Numburg. Syndicus.

ALBINE, dum MISELLORUM ritè *Privilegia*
Defendis, ipsius haud merere tale privilegium.

*Nobilissimo Dn. Respondenti, Amico & Auditori
suo maxime industrio L. M. Q. appos.*

Mich. Hügel, Dd.

Parodia Horatiana

Lib. 1. Serms. Satyr. IV.

Hic NIGER est, hunc tu Romane caveto!

A --- bsentem qui laudat Amicum,
Qui sic defendis aliò culpante MISELLOS,
Qui captat fletus MISERI famamque Popelli;
Fingere qui sic visa potest, commissa tacere
Qui tenet, hic ALBUS, Tuque huic Germane faveto!

*Piè ac Clarè Docto Dn. ALBINO, Affini suo honorando
de Jure Miserabilium publicè disputandi Lmq̃ue f.*

M. Joh. Philippus Germanus,

p. t. Pastor Othmarianus Numburg.

TE miserum! MISERABILIUM miserabile Asylum
Juris qui pandis, pectora nuda sinu.

Nil juvat hoc ævo κλαίειν τε καὶ ἄλγεα πάσχειν,

Troilus & Niobe cum Palamede jacent.

Esto: * Dei quamvis cladem manesque mineris,

ALBINI, nihil est. Ast monuisse pium.

Sic in Theses ac Desideria sui ALBINI calamo lices

* Lucanus

discobinato descendere voluit Numburgi,

F. B. R.

Der satulen Fliegen Art / hast Du ja stets gehasset /
Drum auch die Themis Dich als ihren Sohtz
umfasset /

Und in den Schoffe heat / Sie ist darauß bedacht /
Daf werde vor den Fleiß dein Nahme groß gemacht.

Dieses setze seine Schuldigkeit gegen seinen Herrn
Stubengesellen / als seinen Brüderlichen
werthen Freunde und Gönner in etwas abzu-
stätten mit flüchtiger Feder hinzu

M. Christian. Conrad. Delsner /

J. u. C.

Artibus innumeris omni scibilibusque redundans,
Si nullam ingenii sobolem lux alma videres,
Qua luculenta ejus virtutis dona probaret,
Laudibus ornatus summis vel honoribus astra
Attinget nunquam. Hinc se, Tua nescia virtus
Abscondi, ostendit: Largiq; sequentur honores.
Conatus laudo, & precor ut benedicat JOVA!

Doctissimo Dn. Respondenti Conterranee
dilectiss. honoris ergo adscr.

Christian. Fried. Luhn, LL. Stud.

Dum quæ Jura: sient *Miserum* rusparis Amice,
Et fistis docto discutienda gregi.
Egregiè nostro Tu te facis ordine dignum,
Ingeniiqve probas condita dona tui.
Felicis queis ista licent! Tu pergere perge;
Sacra piæ Themidos sedulus usque cole.
Sic quoque quem speras, eventus coepta sequetur:
Sic decus accrescat Nominis inde Tibi.

*Hec Dn. Autori, Patrueli & Amico suo singulariter
dilecto Jura Miserabilium laudabiliter ventilanti
tumale. pon.*

Samuel Antonius Berrich / J. U. Stud.

INTaminatæ haud otiose Sectator,
ALBINE laudis, candidas habes testes
Tui laboris prosperi, quibus plausum
Adjungit Orbis doctus atque miratur,
Quòd multulenti ver tuum oppidò præstet
Fœcunditatem mensis, explicas folis
Dum visa Paullis JURA FLEBILIS TURBÆ.
Assensus hic meum poposcit assensum;
Me nempe (causam nescio) gravem ætate,
Ab Juris utriusque Candidatorum
Confortio longissimè remotum esse
Oportet, hoc meo Catone contentum,
Cuticulaque: quippe de luto certo
Prudens & æqvus singulis dedit Titan
Præcordiorum dissimillimos motus.
Proinde perge, *Flos Decusque Musarum,*
Ocelle Phœbi lætæ, perge in inceptis.
Non invidebo Gratiam Eruditorum,
Non invidebo mentis inclytas dotes:
Præire pulchrum est, sed sequi, magis tutum.

Suo ALBINO applaud.

Jo. Adam Stilfovius,

Huc Themis! Huc Muse! Cultorem cernite vestrum,
Quam nunc Jus Miserorum egregiè explicet
Quelibet, en! leto testatur, gaudia plausu;
Mecum gestit ei dicere: Gratulor.

Hæc pauca in honorem Nobilissimi Domini Respon-
dentis Amici sui singulariter dilecti apposui
Detmar Zimmerman, Rigâ-Livonus Nobil.
L.L. Cultor.

Et sic est Finis, sit Laus & Gloria
Trinis.

AB: 152953

ULB Halle 3
003 011 747




Handwritten mark resembling a stylized 'B' or '8' is located to the right of the barcode.

Vd 17







DISSERTATIO JURIDICA
DE
JURE
MISERABILIVM,

De
Rechte der Armseligen und
Nothbeträngten!

Quam

SS. Unius Triados & Ternæ Monados Faventia,
Illustrium atq; Magnificorum in Inclyto Athenæo Salano
Themidos Sacerdotium Indulgentia,

AC

Validi Præsidiij Assistentia

DNI. GEORGII ADAMI STRUVII,
Jcti Consummatissimi, Serenisf. Ducum Saxonæ Con-
siliarii Intimi Eminentissimi, Facultatis Juridicæ Præsidis Ordinarji
Magnifici, Curiaque Provincialis ut & Scabinatus Asses-
soris Primicerij Gravissimi,

DNI. Mœcenatis, Patroni, & Doctoris summa honoris
ac observantiæ devotione ad tumbam usque devenerandi,
Ex multis Probatissimis Autoribus enucleat, ac
In Acroaterio Jctorum Solenniter defendit

JOHAN. GEORG. ALBINUS

Numb. Misn.

Anno ενανθρωπήσεως 78 λόγος M. DC. LXXX. die 5. Maij.

Literis Samuelis Adolphi Mülleri